EPIGRAMMATVM.

REVERENDI VIRI PHILIPPI MELANTHONIS

LIBRI SEX.



VVITEBERGAE,

Typis M. Georgij Mulleri.

Anno M. D. XCII.

INCLYTO ET SVMMÆ SPEI ILLVSTRISS: PRINCIPI AC

Domino D. ALBERTO FRIDERICO, illustrißimi Principis & D. ALBERTI senioris &c. Filio, Marchioni Brandeburgensi, Duci Prussiæ, Stetini, Pomeraniæ, &c. Principi Rugiæ &c. & Burggrauio Noribergensi &c. Domino suo clementißimo, S. P. D.

NARRAT STRABO, apud Iassum Cariæ insulam, quæ tum ex piscatu potißimum rem fecerit, eximium quendam cytharœdum, cùm in præcipui oppidi Theatro publico eruditè & suauiter caneret, audirentq́ eum Iaßij omnes, paulò post, cum tintinabulum increpuisset, quo piscium venum expositorum daretur signum, statim ab Iaßijs unà omnibus ad forum piscatorium dilapsis, desertum esse, remanente vnico surdastro, ad quem cum propius accessisset Musicus, eiq́ & propter Musicæ studium et honorem sibi habitum,

quod non vt cæteri ἄμουσοι statim ad tintinabuli crepitum profugisset piscium causa gratias egisset, Tum illum, quid ais? num iam tintinabulum sonuit? dixisse, cumq; hic affirmaret, Continuo illum, At tibi ô homo bene sit, respondisse, ac protinus ipsum quoq; ad emendos pisces procurrisse, atq; ita præstantem Musicum ac Poetam turpiter relictum solum, nec quenquam inuentum esse in ea tota insula, qui vel ingenij vel artis pulcherrimæ opus pluris faceret, quàm putridos pisces.

Idem in hac difficili & morosa delirantis Mundi senecta tum doctrinæ de Deo quam sonant Dei beneficio Ecclesiæ nostræ iam annis amplius quadraginta, tum artibus liberalis doctrinæ omnibus ferè, & in primis honestißimis Poeticæ studijs accidere vtinam falso queri possemus.

Facit hoc seculum, quod deliri senes solent, quos ait Cicero, quo minus vitæ superest, eò plus viatici quærere. Ita nunc quidem verè sordidis parandarum opum curis & occupationibus, & Euripidei Cyclopis exemplo, vni Deorum Ventri dediti om-

ti omnes ferè vbiq; terrarum homines, culturam doctrinarum & artium optimarum præcipuum hominis ornamentum & decus turpiter aut contemnunt, aut negligunt, nec vlla est tam sordida ars, modo quæstuosa sit, quæ non, vt à stolidis laßijs putridorum piscium mercatura, studijs ingenij atq; doctrinæ anteferatur.

Inter ipsos scholasticos cœtus qui verè sunt veteris sapientiæ ac pietatis & doctrinarum ac virtutum omnium quasi ἐρείπια, *neque ardor is est discendi, qui fuit annis superioribus, neq; eruditionis & artium optimarum æstimatio. Viuit & versatur in Scholis sonantibus studia doctrinæ ociosa ferè iuuentus, remißis animis, sine studio, sine disciplina, sine industria, & donec per ætatem quæstum facere nondum potest, in Theatris tamen studiorum adest, vt laßius ille surdaster, sine auribus, donec florētis ætatis consumpto tempore ad pisces patrios reuocetur, interea existimans ocium literarium tantum potioris negocij inopiam esse, nec aliud agi his studijs nostris, quàm vt animi ingenioso-*

rum hominum ſeſe oblectent otioſa literarum iucunditate, à qua liceat alienis eſſe, et ſuo cuiq; interea genio indulgere, ſuas oblectationes quærere.

Hic error vel veſania potius in plerorumq; animis, etiam qui ſapientuli haberi volunt, altius radices egit, quam Eccleſijs, Rebuspub. & communi generis humani expedit aut dignitati aut incolumitati, euellenda rurſus & ſananda, ſi fieri poteſt, omnium qui doctrinæ & literarum dignitatem, neceſſitatem & vſum intelligunt, authoritate, ſtudijs, defenſione, opera atque omni ingenij orationiſq; conatu & contentione.

Sed ea res vniuerſa cum & maioris argumenti ſit, quàm vt de eo in præſentia dici debere videatur, & multorum literis iampridem & querelis quotidie quaſi deploretur, nō ero nunc prolixior, ſed de Poeticæ ſtudijs & carminum faciendorum exercitatione admonendæ adoleſcentiæ cauſa initio huius libelli pauca dicam.

Conſtat premi ſæpenumero Poetices ſtudia non ſolum peruerſa vulgi opinione, ſed

ſed iniquis etiam leuiter eruditorum et inconditis iudiciis, existimantium, Poëmata non aliud quàm ocioſi temporis quosdam puerilis ludos, & ingenioſorum ridicula θελητήρια eſſe, nec amplius quicquam in iis requiri aut ſpectari oportere.

Hoc peruerſitatis contagio imbuti iuniorum animi, præſertim in hac fatali, de qua dixi, optimarum artium negligentia & faſtidio, quòd ſuperioris ſeculi ardorem erga ſtudia auiditatemq́; diſcendi ſubſecuto tum neſcio quomodo ſubinde incrementa ſumit, nec cognitas quidem literas Poëtarum, vt minus vitæ neceſſarias aut paßim negligunt, aut ſecuri etiam contemnunt, non ſecus ac rem nihili, aut ſi numeros demas, non multo præſtantiorem anilibus fabellis, quibus vel recitandis vel occinendis ad colum aut foculum longi temporis leuetur tædium, labor, atq; moleſtia, deniq; non admodum dignam ſtatuunt, in qua temporis aliquid operæq́; ponatur, de quo eſt longè ſentiendum aliter.

Nam quod ad ipſam facultatem attinet, qua præſtantiſſimi viri apud Hebræ-

es, Moses, Samuel, Dauid, Asaph: apud Græcos Orpheus, Homerus, Pindarus: apud Latinos Virgilius, Ouidius, Horatius, & alij innumerabiles excelluerunt, sic statuendum est, Poeticen non minus quam alios Heroicos motus singulare Dei & eximium donum esse, concessum illustribus ingenijs ad Dei & virtutum & rerum, quæ diuinitus fiunt in genere humano, celebrationem.

Non enim casu conditum est genus humanum, nec fortunæ cæco aut temerario impetu, vt nauis sine Nauclero regitur, sed in omnibus paruis & magnis imperijs lucet gubernatio diuina, plena documentis sapientiæ, bonitatis, iusticiæ & seueritatis Dei, ac manifestum est, à Deo, vt Daniel inquit, constitui & stabiliri regna, ac cursum mutari & transferri conspicuis præmiorum & pœnarum exemplis: Deniq; & singulorum hominum res, actiones, euentus respici à mente diuina.

Hæc prouidentiæ Dei & præsentiæ in genere humano testimonia cum & agnosci conditor omnipotens & celebrari velit etiam extra Ecclesiam, ad eam rem semper

exci-

excitat præstantia ingenia, quorum ipsorum motus esse immediatè Dei opus & donum, alijs non solum rudibus literarum, sed etiam eruditis hominibus ἀμίμητον καὶ ἀδύνατον, est ante omnium manus (vt ita dicam) atq; oculos. Quis enim vnquam fuit tam inepta ac temerariæ seu spei seu arrogantiæ, qui aut Dauidis ineffabiles, eius, quæ secundum Deum est pietatis, affectus, aut Homeri & Virgilij numerosas politicæ vitæ Ideas & quasi εἴσοπτρα rerum humanarum, aut suauissimam Ouidianarum μεταμορφώσεων varietatem sese imitando, non dico superare, sed exprimere posse consideret?

Etsi autem in languescente indies hominum natura, eam excellentiam ingeniorumque antiquis illis seculis fuit, decrementa sumere fatendum est: tamen hoc quoq; & opus Dei & beneficium singulare censeatur, quod illorum summorum hominum monumenta inter fatales mutationes & ruinas regnorum & politiarum tam multis seculis conseruata sunt ad hanc vsq; extremam mundi fatiscentis po-

steritatem, nimirum vt nunc etiam extarent aliqua tanquam normæ, ad quarum typum atq; exemplum à præclaris & diuinitus ad hoc excitatis ingenijs formarentur Poëmata, celebrantia veri Dei laudes & virtutū exempla, aliasq; res in vita bonas, elegantibus, doctis et sonoris versibus.

Hanc esse veram Poeticorum studiorum originem, propagationem atq; vsum, & docti & alij omnium ætatum sapientes gubernatores animaduerterunt, vnde qui honos Poëtis omnibus ætatibus habitus, quæ cultura illorum fuerit, quantum decus in facultate fundendi bonum carmen inesse semper existimatum sit, quæ autoritas versibus præstantium Poëtarum tanquam oraculis attributa sit ab vniuersa sapiente & docta vetustate, ignorare non possunt vlli, qui leuiter ea literarum monumenta aspexerunt, quæ ad nostram ætatem peruenerunt, Platonis dico, Aristotelis, Demosthenis, Ciceronis, Quintiliani, & post hos Strabonis, Pausaniæ, Plutarchi, deniq; omnium, qui de studijs antiquitatis aliquid scripserunt.

Ac ne penes Ethnicos tantum constitisse Poeticorum ingeniorum fœcunditas existimari posit, consideretur, & Ecclesiam Dei omnium temporum eximios Poëtas habuisse, qui intelligentes Musarum summum & præcipuum officium esse celebrationem veri Dei, cuius Musæ et opus et donum sunt, omnem ingenij vim, eruditionem, elegantiam ad Christum υἱὸν ἀΐδιον ἀϊδίου πατρὸς vnicum Ecclesiæ Σωτῆρα & gubernatorem mirificum, æternarum laudum præconijs concinendum sapienter pieque contulerunt, indeq; & ingenij & veræ erga Deum pietatis laudem viui, et post obitum æternam nominis famam immortalitatemq; consecuti, soli nunc verorum Poetarum fructu, gloria & premijs cum Deo, Angelis, & sanctis omnibus in æternitate fruuntur.

De qua re eruditæ antiquitatis exempla ac monumenta & græca & latina cum autorum nominibus, complura recitare possemus, præsertim si & veteres & recentioris memoriæ Poëtas quarumlibet nationum commemorare vellemus, sed & hæc

& hæc nimis longa futura esset, & Epistolæ modum excessura oratio, quam nunc ad id quod agimus reuocemus. Annis igitur superiorib. in Germania excitatis rursum cum luce Euangelij melioribus linguarum & artium studijs meminimus, virum ingenio, sapientia, eruditione, iudicio, pietate erga Deum, sedulitate laborum in docendi, beneficentia & virtutum omnium ornamentis, deniq; & meritorum erga Ecclesiam, Rempub. & posteritatem vera existimatione & fama clarissimum PHILIPPVM MELANTHONEM, communem eruditorum omninm seculi nostri præceptorem merito habitum, cum & instaurator esset studiorum omnis doctrinæ piæ & liberalis singulari munere Dei datus, & assertor ac vindex acerrimus, propagator felicissimus, magno conatu Poetica quoq; studia excitasse, cum frequenter summos Poetas Græcos & Latinos aut enarraret ipse, aut si quando occupationum mole, qua semper penè obrutus Ecclesiæ & scholis seruiebat, impediretur, eosdem enarrandos alijs committeret, quos tamen

adiuuabat, illo præsertim tempore, subiectionibus eruditis earum rerum, quæ in optimo quoque Poeta, aut consideratione dignissimæ essent, aut velut in eximij operis pictura maximè eminerent.

Tum vero si quos ingenij bonitate & naturæ impetu eximio ferri ad hæc studia animaduertisset, hos plenis, quod aiunt, velis & remis impellebat, vt Dei singulari dono vterentur & conatu, quanto possent, cursúque maximo ad palmæ honorificentißimæ dignitatem fastigiumque contenderent, deniq. vt Ecclesiam, vt patriam, vt sese ornare studerent perpetuò duraturis ingeniorum monumentis.

Hinc prodierunt nobis H. Eobanus Hessus, Sabinus, Stigelius, Micyllus, Lotichius & alij complures, quorum vita functorum leguntur cum admiratione & voluptate Poëmata, & legentur donec aliqua in Germania erunt doctrinæ studia, vt taceam eos, qui adhuc superstites iam clari sunt, quos quasi in os laudare, eos præsertim, qui aliquo vsu familiaritatis nobis coniuncti sunt, nec qua sunt humanitate,

nitate patiantur ipsi, neq; est verecundia mea, cum in plerisq; horum existimem, quod est ante oculos, MAIOREM ET INGENII SOLERTIAM ET DOCTRINAE COPIAM ATQVE GRAVITATEM, ET POEMATVM QVASI MAIESTATEM ESSE, *quam vt commendationem iudicij nostri, quod aut nullum est, aut exiguum, videantur admittere. Sed ad Philippum redeo, & institutam quasi sub aliena persona de Poëtica studijs commonefactionem.*

Vt autem apud Virgilium de excellenti virtute dicitur, Pauci quos æquus amauit Iupiter, aut ardens euexit ad æthera virtus; Dijs geniti potuêre: Ita dicent fortasse nonnulli, excellentium ingeniorum, hoc est, eorum, qui ad illa diuino naturæ impetu; & vt ait Plato tanquam ἐνθουσιαστικοί, *ferantur, Poëtica studia esse, reliquis satis esse, si ex Cicerone puram discant latinitatem, indeq; mediocrem sibi dicendi scribendiq; facultatem comparent, quod non ita est.*

Nam

Nam & ipse Cicero ex Poëticæ fontibus se Eloquentiam hausisse confitetur, & adfert Poëtarum lectio ac versuum contexendorum exercitatio ijs etiam, qui Poëtæ futuri non sunt, nequaquam negligendas vtilitates.

Discent melius Grammaticen iuniores, cum in Poëtis syllabarum quantitates & figurarum, quibus hoc genus scriptorum abundat, varietatem considerabunt. Ac propter iucunditatem primæ ætati Poetarum lectionem magis congruere sensit & vetustas, quæ in scholis adolescentiæ Homeri Virgiliiq́ue lectionem semper primam esse voluit, & docet experientia.

Iam vero progressis vberiore ingenij & doctrinæ cultu, quantum in his studijs sit præsidij, adiumenti, decoris, ex eo constat quod nulla Philosophia, nulla eloquentia, nulla deniq; non solum liberalis, sed etiam piæ religiosæq́ue doctrinæ pars est, quæ non sit Poeticis literis atq; monumentis comprehensa, tradita, explicata, illustrata, vt rectè de Teophrasti multorumq́ue aliorum sententia scripserit Fabius studiorū

& for-

& formator & censor grauißimus, plurimum Oratori, cui omnium artium & disciplinarum tribuit cognitionem, conferre lectionem Poëtarum, quod ab his & in rebus (sic enim ipse loquitur) spiritus, & in verbis sublimitas, & in adfectibus motus omnis, & in personis decor petatur.

Postremò condimentum quoddam studiorum omnium Poëtica cognitio est; sine qua reliquæ literæ nescio quomodo asperæ, morosæ, tetricæ apparerent, cuius quidem dignitas, vsus, iucunditas, si eiusmodi, vt experiuntur eruditi, imperitorum oculis cerneretur, dubitare non possumus, quin, vt est in Phædro Platonis, mirabiles sui amores excitatura esset.

Sed remoueatur ab hoc condimento, leuitas, dicacitas, scurrilitas, quibus vitijs qui sunt delectati, vt semper est optimarum in vita rerum abusus aliquis, non tam in Poëtarum numero, quam scurrarum habendi sunt, cum eos magis horum prauitatem, quam illorum vim decusq́ exprimere studuisse manifestum sit.

Hæc

Hæc & in eandem sententiam alia multa, quam inter docendum sermonibus crebris monuisset PHILIPPVS, *scribebat ipse quoque non longa Poëmata (qui enim poterat alioqui vir occupatissimus Ecclesiæ, Reiq; publicæ negotijs infinitis: cùm, vt verissimè Ouidius cecinit, Carmina secessum scribentis & ocia poscant?) sed scribebat tamen sæpè quasi aliud agens non prolixi argumenti* ποιήματα, *Epistolas, Precationes, Allegoriarum sacrarũ intérpretationes, Eclipsium descriptiones, Psalmos, Epitaphia, Hymnos, & id genus alia multa, vel vt alijs argumentum præformaret, vel etiam exemplo suo poëticæ vsum & oblectationem cum dignitate coniunctam ostenderet, in materijs grauibus, eruditis, pijs, vtilibus, & sine lenitate iucundis, nec modo ab anilium fabellarum futilitate alienis, sed ingeniosis, &, vt verbo dicam, cum pietate, tum humanitate plenis, deniq; eiusmodi, vt his verè tribui posset Platonicum illud Elogion; quod est in tertio de legibus:* θεῖον τὸ ποιητικὸν καὶ ἐνθεαστικὸν ὂν γένος ὑμνῳδῶν πολλῶν τῶν

κατ' ἀλήθειαν γιγνομένων ξὺν τισι χάρισι καὶ μούσαις ἐφάπτεται ἑκάστοτε. *Quod qui considerabunt, facilè iam me tacente intelligent id, propter quod hæc nobis commemoratio suscepta fuit, de viri summi & iudicio & exemplo, amplius quiddam in hoc studiorum genere quærendum esse, quam inanem ociosi temporis oblectationem.*

Quod autem ad Epigrammata (sic enim sanè nominemus Poëmata, hoc á nobis volumine collecta & edita) attinet, ea verò magna ex parte, etsi ingenium, eruditionem, quotidianarum cogitationum pietatem & humanitatem autoris perspicuè ostendant, ab ipso tamen, vt qui nihil vnquam aut scriberet aut faceret ad ostentationem, neq; collecta, neq; asseruata sunt, sed á scholasticis sparsim pleraq; descripta, nonnulla etiam cartis incompositis excusa, circumferebantur, donec ante quinquennium tres eorum libelli simul prodirent, non solum mendosissimè editi, sed etiam fœtibus supposititijs pleni. Qui tamen & propter autoris, tanquam Poetarum parentis, celebre nomen, & materiarum

rum præstantiam ita auide empti sunt à studiosis lectoribus, vt breui temporis spacio exempla haberi desierint, quæ cum requiri crebrò multumq; bibliopolæ nostrates animaduertissent, denuò subÿcere prælo tres illos Epigrammatum libellos statuerunt, meq; rogarunt, vt quantum possem, quæ in editione priori viciosa, aut non genuina fuissent, emẽdarem ac remouerem, & si qua ipse reposita haberem, additionĩ nouæ adderẽ, qua in re non tàm ipsis, quàm Reipublicæ scholasticæ cum summa voluntate gratificari conatus sum.

Vicia igitur graphica prioris editionis, quæ & multa & fœda erant, & sæpenumero sententiarum quasi sepeliebant intellectum, correximus, & versus quos vel ab ipso autore emendatos meminerasmus, aut alioqui perperam descriptos, restituimus, Epigrammata supposititia remouimus alicubi genuina etiam, sed bis posita, et temere ac loco non suo iterata resecuimus, & de quibus scire potuimus, numerum anni, quo scripta sunt, notauimus.

καθ' ἀλήθειαν γιγνομένων ξὺν τισι χάρισι καὶ μούσαις ἐφάπτεται ἑκάστοτε. *Quod qui considerabunt, facilè iam me tacente intelligent id, propter quod hæc nobis commemoratio suscepta fuit, de viri summi & iudicio & exemplo, amplius quiddam in hoc studiorum genere quærendum esse, quam inanem ociosi temporis oblectationem.*

Quod autem ad Epigrammata (sic enim sanè nominemus Poëmata, hoc à nobis volumine collecta & edita) attinet, ea verò magna ex parte, etsi ingenium, eruditionem, quotidianarum cogitationum pietatem & humanitatem autoris perspicuè ostendant, ab ipso tamen, vt qui nihil vnquam aut scriberet aut faceret ad ostentationem, neq; collecta, neq; asseruata sunt, sed à scholasticis sparsim pleraq; descripta, nonnulla etiam cartis incompositis excusa, circumferebantur, donec ante quinquennium tres eorum libelli simul prodirent, non solum mendosißimè editi, sed etiam fœtibus supposititijs pleni. Qui tamen & propter autoris, tanquam Poetarum parentis, celebre nomen, & materiarum

rum præstantiam ita auide empti sunt à studiosis lectoribus, vt breui temporis spacio exempla heberi desierint, quæ cum requiri crebrò multumq; bibliopolæ nostrates animaduertissent, denuò subijcere prælo tres illos Epigrammatum libellos statuerunt, meq; rogarunt, vt quantum possem, quæ in editione priori viciosa, aut non genuina fuissent, emēdarem ac remouerem, & si qua ipse reposita haberem, editioni nouæ adderē, qua in re non tàm ipsis, quàm Reipublicæ scholasticæ cum summa voluntate gratificari conatus sum.

Vicia igitur graphica prioris editionis, quæ & multa & fœda erant, & sæpenumero sententiarum quasi sepeliebant intellectum, correximus, & versus quos vel ab ipso autore emendatos meminerámus, aut alioqui perperam descriptos, restituimus, Epigrammata supposititia remouimus alicubi genuina etiam, sed bis posita, et temere ac loco non suo iterata resecuimus, & de quibus scire potuimus, numerum anni, quo scripta sunt, notauimus.

Addimus autem prioribus libris TRES ALIOS NOVOS *libellos, singulari studio ex mea & amicorum Bibliothecis collectos, vt nunc sex libri conficiant iustum Epigrammatum Opus. Nec me eius, quantulacunq; est, operæ pænitet. Nam quod ad me priuatim attinet, ostendam alibi, iuuante Deo, quibus rebus huic sancto viro sim obstrictus ad æternam gratitudinem. Nunc autem de omnibus, quos reliquit ille post se non adulterinæ naturæ discipulos, quorum in numero nomen meum profiteor, affirmo deberi hoc officium præstantissimo, optimoq; de re literaria merito Præceptori, vt omnia ab eo profecta ingenij & doctrinæ monumenta, tanquam sacras reliquias non solum colligamus, sed etiam a mendis negligentiæ librariorum seculi huius (quantum per horum turpem in hoc vicio pertinaciā licet) vindicemus:* CARMINVM *autem* PHILIPPI *illa ingeniosa atq; erudita facilitas, & his comprehensa rerum bonitas tanta est, vt non solum posteritatis facilè sustinere possit æquissimā censuram,*

ram,

ram, sed etiam præsentis seculi iam pridem apud exteras gentes honorifica iudicia experta sit.

Ac de his Itali, quos iniquiores Germanicorum ingeniorum censores pleriq; existimant, non sentire solum honorifice, sed scribere etiam in ijs, quos de Poetica studijs reliquerunt, monumentis, non dubitarunt.

Nam vt omittam Bembi, Sadoleti Giraldi testificationes plenas eruditionis, multorum instar sit nobis Iulius Cæsar Scaliger, & fidei non suspectæ testis, & censor iudicij acrimonia grauis, cuius de Germania Poëtis, inter quos PHILIPPVM vel primum vel pene solum ponit, in VI. lib. Poetices, qui & Hypercriticus inscribitur, hæc sunt verba: Ne Melanthon quidem abhorruit ab ea laude, *quæ ex Poëticis artibus comparatur, tametsi nonnulli eius populares, insanis quibusdam præceptionibus, è Christiana Republica Poetas exigendos exclamarunt, quorum barbarissimam amentiam, non verbis, neq; enim*

verbis aut nugis vinci queunt, sed contrarijs effectionibus doctissimus quisq; damnavit.

Illius igitur ingenium magnum atq; ad omnia comparatum intelligemus ex ijs poematijs, quibus Solis Lunæq; defectiones cecinit. Nam & tempora variè describit eadem versibus luculentis, et eodem nitore præsagia statuit, cuius vestigia secuti sunt non ignobili ingenio Germani aliquot, Stigelius, AEmilius, Acontius, Volfius, Camerarius, Idem PHILIPPVS in Epigrammate iucundus atq; festiuus &c.

Hæc de Germanis Italus, nulli eorum qui in ijsdem regionibus vixerunt, aut nunc viuunt, vel eruditionis varietate, vel in hoc studiorum genere judicij et censuræ gravitate secundus. Cumq; propemodum hæc ipsa Poemata, quorum pleraq; in hoc volumine continentur, quasi digito designarit, cur eius ipsius verba atq; integrum penè locum adscribere vellemus, causam nobis esse putauimus, etsi profectò ipsa sese ita commendent hæc Philippi Epigrammata, ut nomine autoris sui cuius

cele-

celebritati famæ ingenij, doctrinæ et virtutum dotibus comparata; idem est, qui orbi terrarum terminis, contenta, non desiderent alienæ laudis commendationem.

Ad te autem inclyte & illustrissime Princeps Alberte Friderice, cur hoc munus mittere vellemus, multæ causæ fuerunt. Nam cum patrem tuum sanctissimum atq; optimum Principem de Ecclesiis & vniuersa patria etiam in hac senecta pie, liberaliter, animose, patienter, & sine fine, præclarissime merentem singulari semper clementia & benignitate complexum fuisse PHILIPPVM; & hanc totam Academiam meminerimus Celsitudini ipsius hanc qualemcunq; significationem nostræ gratitudinis & obseruantiæ erga totam illustrissimam Marchionum B. familiam, & inclytam domum Borussiacam, cuius celsitudo ipsius prima & Dei beneficio auspicatissima stirps est, teq; inprimis Heroicæ indolis amplissimæq; spei, & nunquam satis laudati patris plane γνήσιον υἱόν, vt debitā, ita non ingratā fore

 exi-

existimauimus. In quo & illud nos confirmabat, quod hoc opus magna ex parte sacrorum PHILIPPI carminum, in quibus nihil reperitur, nisi aut ingeniosum, aut pium, aut doctum, maximè vtile fore videbatur Illustrißimæ adolescentiæ tuæ, in qua, cum non solum Philosophicis & politicis artibus, sed etiam vero intellectu doctrinæ Ecclesiæ, sapienti pioq; consilio patris tam inde à prima ætate fideliter instituaris, illustris natura tua excitata crebra iam lectione piorum Poematum, quibus peculiaris quædam ἐνέργεια *solet inesse, quò per se est generosior, eò maiores ad studia doctrinæ, pietatis & sapientiæ cum accrescente ætate subinde concipiet impetus.*

Legent etiam alij & senes eruditi cum voluptate, & iuniores literis dediti studio maiore, cum hoc Opus, quod ad maximam carminum partem attinet, quasi Posthumum Philippi, tibi, tuisq; studijs dicatum, tanquam in clientelam sapiëtißimi et fortißimi Principis patris tui, tuamq; traditum esse cogitabunt.

Ante

Ante annos 28. penè adhuc puer vidi & audiui Illustrißimum Principem Georgium Marchionem B. patruum tuum commemorabili pietate, clementia et comitate colloquentem de Ecclesiæ doctrina & literis cũ Iohanne Hesso Theologiæ D. Vratislauiæ in patria mea, de quo & ego multa commemorare poßem, & scit plurima Reuerendus & clarißimus vir Iohannnes Aurifaber Heßigener, T. C. in gubernatione rerum Ecclesiasticarum fidelißimus Præsidens.

Patris eruditio & pietas orbe toto conspicua & celebris est, Extant & in historijs Illustrißimæ familiæ tuæ innumera; & ea quidem perpetuæ celebritatis maiorum tuorum sapientiæ, fortitudinis et eloquentiæ monumenta, sed certè Patris & Patrui Georgij recentia & ante oculos posita illustria exempla, quorum te imaginem referre, & vestigia cum magna laude ingredi fama est, me & alios ad singularem tui obseruantiam, & spem de T. C. maximam inflammarunt, iam pridem benè precantem succeßibus tuis, & sæpe animo re-

petentem cum de te cogito, Andromaches ad Astyanacten exhortationem, quæ est apud optimum Poetam paulum mutato versu eiusmodi ferè:

Ecquid in antiquam virtutem, animosq; viriles
Et pater Albertus, patruusq; Georgius armant.

Accesit deniq; his omnibus hortator & impulsor vir Reuerendus Ioannes Draconites, Ecclesiarum illustrißimæ Celsitudinis tuæ in Pomesanensi tractu ἐπίσκοπος, *qui toto hoc tempore, quo ei, pia & clementißima concessione illustrißimi patris tui, nobiscum in Vitebergensi Academia, religiosi Operis conficiendi causa commorari licuit, domus meæ hospitio vsus, de tua Heroica Indole magna omnia de se iam in ipsis adolescentiæ initijs promittente, crebrò multumq; commutatis sermonibus, admirationem, amorem et obseruantiam erga te meam mirificè auxit, & pergratam tuæ celsitudini hanc piarum Musarum dedicationem fore mihi persuasit.*

Accipe igitur Illustrißime adolescens & inclyte Princeps, patriæ & afflictarum

Eccle-

Ecclesiarum spes summa, & secundum Deum unica, a cipe hilari vultu quæ se tibi offerunt atq; dedunt, Albaicas natas ex patre Melanthone Musas, quæ se tibi ita commendant, ut & hoc tempore de amplissimi ingenij, doctrinæ, & Heroicarum virtutum tuarum, non minus quàm incolumitatis & fortunarum quotidianis, & nunquam desituris, iuuante Deo, incrementis tibi gratulentur, & simul rogent, quod pro Heroica indole tua sponte facturus es, ut digna Principis tanta spei beneuolentia sese complectare, de quibus hoc C. T. rursum polliceor, te, quo maior in eas animi tui propensio futura est, eò plus ex ijs tandem & utilitatis & verorum ornamentorum indolis atq; ingenij reportaturum.

Postremò Deum æternum Patrem per filium coæternum & σωτῆρα generis humani Iesum Christum omni animi contentione oro, ut illustrissimum patrem in ista laudabili senecta, & te florentem ætate tantoq; patre dignissimum filium, ac patriæ solamẽ unicum in terris cõmuni patriæ

Eccle-

Ecclesiæ, literis, paci subditorum, posteritati & rebus bonis omnibus, atq; ita vtrumq; vtriq; inter orbi terrarum salutares Principes diu seruet incolumes & beatos. Bene & feliciter valete. VVitebergæ VIII. Cal. April. qui est dies & assumtæ humanæ naturæ & sacrificij Filij Dei, vt Ecclesiæ historia docet &c. Anno 1563.

Inclytæ & illustriss. celsitudinis V.

Seruus

Petrus Vincentius Vratislauiensis Professor in Academia VVitebergensi &c.

PHI.

PHILIPPI MELANTHONIS EPIGRAMMATVM LIBER PRIMVS.

Detestatio negligentiæ ex Capite 17. Exodi.

ACer Idumæus loca per deserta vagātes
Arcere Ebræos finibus ausus erat.
Conseruitq; manus, sed Moses arma suorum.
Adiuuat, & precib9 prelia magna (ciet
Vincit quoties palmas ad sidera tendit
Quemq; vocat, coram sentit adesse Deum.
Brachia sed quoties iterum lassata remittit,
Cogitur Ebræi cedere turba Ducis.
Ergo die toto dum fusus pellitur hostis,
Erectas palmas vt tenuisse queat:
Subjicitur cubitis orantis saxea moles,
Solliciloq; suis corde petentis opem.
Nos quoties curamq; precesq; remisimus ipsi,
OCIA securis insidiosa nocent.
Illecebræ vacuas subeunt dulcedine mentes,
Et facile in vitium pector prona trahunt.
Augeant igitur tot nostra pericula curas,
Propositæ nobis exitijq; viæ.

Anno 1541 In itinere Ratisbonensi 22. Martij.

Nec

καθ᾽ ἀλήθειαν γιγνομένων ἔξω τισὶ χάρισι καὶ μούσαις ἐφάπτεται ἑκάστοτε. Quod qui considerabunt, facilè iam me tacentè intelligent id, propter quod hæc nobis commemoratio suscepta fuit, de viri summi & iudicio & exemplo, amplius quiddam in hoc studiorum genere quærendum esse, quam inanem ociosi temporis oblectationem.

Quod autem ad Epigrammata (sic enim sanè nominenius Poëmata, hoc à nobis volumine collecta & edita) attinet, ea verò magna ex parte, etsi ingenium, eruditionem, quotidianarum cogitationum pietatem & humanitatem autoris perspicuè ostendant, ab ipso tamen, vt qui nihil vnquam aut scriberet aut faceret ad ostentationem, neq; collecta, neq; asseruata sunt, sed à scholasticis sparsim pleraq; descripta, nonnulla etiam cartis incompositis excusa, circumferebantur, donec ante quinquennium tres eorum libelli simul prodirent, non solum mendosissimè editi, sed etiam fœtibus suppositittijs pleni, Qui tamen & propter autoris, tanquam Poetarum parentis, celebre nomen, & materiarum

m præstantiam ita auide empti sunt à dışosis lectoribus, vt breui temporis spa exempla haberi desierint, quæ cum re- iri crebró multumq́; bibliopolæ nostrates madueruissent, denuò subÿcere prælo s illos Epigrammatum libellos statue- nt, meq́; rogarunt, vt quantum possem, æ in editione priori vitiosa, aut non ge- ina fuissent, emẽdarem ac remouerem, si qua ipse reposita haberem, additionĩ ua adderẽ, qua in re non tàm ipsis, quàm ipublicæ scholasticæ cum summa volun- gratificari conatus sum.

Vicia igitur graphica prioris æditio- ,quæ & multa & fæda erant, & sæpe- mero sententiarum quasi sepeliebant in- llectum, correximus, & versus quos vel ipso autore emendatos memineramus, t alioqui perperam descriptos, restitui- us, Epigrammata suppositicia remouimus icubi genuina etiam, sed bis posita, et te- ere ac loco non suo iterata resecuimus, & quibus scire potuimus, numerum anni, uo scripta sunt, notauimus.

Addimus autem prioribus libris TRES ALIOS NOVOS libellos, singulari studio ex mea & amicorum Bibliothecis collectos, vt nunc sex libri conficiant iustum Epigrammatum Opus. Nec me eius, quantulacunq; est, operæ pœnitet. Nam quod ad me priuatim attinet, ostendam alibi, iuuante Deo, quibus rebus huic sancto viro sim obstrictus ad æternam gratitudinem. Nunc autem de omnibus, quos reliquit ille post se non adulterinæ naturæ discipulos, quorum in numero nomen meum profiteor, affirmo deberi hoc officium præstantissimo, optimaq; de re literaria merito Præceptori, vt omnia ab eo profecta ingenij & doctrinæ monumenta, tanquam sacras reliquias non solum colligamus, sed etiam à mendis negligentiæ librariorum seculi huius (quantum per horum turpem in hoc vicio pertinaciã licet) vindicemus: CARMINVM autem PHILIPPI illa ingeniosa atq; erudita facilitas, & his comprehensa rerum bonitas tanta est, vt non solum posteritatis facilè sustinere possit æquissimã censuram,

ram, sed etiam præsentis seculi iam pridem apud exteras gentes honorifica iudicia experta sit.

Ac de his Itali, quos iniquiores Germanicorum ingeniorum censores plerique existimant, non sentire solum honorifice, sed scribere etiam in ijs, quos de Poetica studijs reliquerunt, monumentis, non dubitarunt.

Nam vt omittam Bembi, Sadoleti Giraldi testificationes plenas eruditionis, multorum instar sit nobis Iulius Cæsar Scaliger, & fidei non suspectæ testis, & censor iudicij acrimonia grauis, cuius de Germania Poëtis, inter quos PHILIPPVM vel primum vel pene solum ponit, in VI. lib. Poetices, qui & Hypercriticus inscribitur, hæc sunt verba: Ne Melanthon quidem abhorruit ab ea laude, *quæ ex Poëticis artibus comparatur, tametsi nonnulli eius populares, insanis quibusdam præceptionibus, è Christiana Republica Poetas exigendos exclamarunt, quorum barbarissimam amentiam, non verbis, neque enim*

verbis aut nugis vinci queunt, sed contrarijs effectionibus doctissimus quisq; damnauit.

Illius igitur ingenium magnum atq; ad omnia comparatum intelligemus ex ijs poematijs, quibus Solis Luneq; defectiones cecinit. Nam & tempora variè describit eadem versibus luculentis, et eodem nitore præsagia statuit, cuius vestigia secuti sunt non ignobili ingenio Germani aliquot, Stigelius, AEmilius, Acontius, Volfius, Camerarius, Idem PHILIPPVS in Epigrammate iucundus atq; festiuus &c.

Hæc de Germano Italus, nulli eorum qui in ijsdem regionibus vixerunt, aut nunc viuunt, vel eruditionis varietate, vel in hoc studiorum genere judicij et censuræ gravitate secundus. Cumq; propemodum hæc ipsa Poemata, quorum pleraq; in hoc volumine continentur, quasi digito designarit, cur eius ipsius verba atq; integrum penè locum adscribere vellemus, causam nobis esse putauimus, etsi profectò ipsa sese ita commendent hæc Philippi Epigrammata, vt nomine autoris sui cuius

cele-

elebritati famæ ingenij, doctrinæ et virtutum dotibus comparata, idem est, qui rbi terrarum terminis, contenta, non desiderent alienæ laudis commendationem.

Ad te autem inclyte & illustrißime Princeps Alberte Friderice, cur hoc munus mittere vellemus, multæ causæ fuerunt. Nam cum patrem tuum sanctißimum atq; optimum Principem de Ecclesiis & vniuersa patria etiam in hac senectate, liberaliter, animose, patienter, & sine fine, præclarißime merentem singulari semper clementia & benignitate complexum fuisse PHILIPPVM, & hanc totam Academiam meminerimus Celsitudini ipsius hanc qualemcunq; significationem nostræ gratitudinis & obseruantiæ erga totam illustrißimam Marchionum B. familiam, & inclytam domum Borußiacam, cuius celsitudo ipsius prima & Dei beneficio auspicatißima stirps est, teq; inprimis Heroicæ indolis amplißimæq; spei, & nunquam satis laudati patris plane πατρὸς υἱόν, vt debitã, ita non ingratã fore

existimauimus. In quo & illud nos confirmabat, quod hoc opus magna ex parte sacrorum PHILIPPI carminum, in quibus nihil reperitur, nisi aut ingeniosum, aut pium, aut doctum, maximè vtile fore videbatur Illustrissimæ adolescentiæ tuæ, in qua, cum non solum Philosophicis & politicis artibus, sed etiam vero intellectu doctrinæ Ecclesiæ, sapienti pioq; consilio patris iam inde à prima ætate fideliter instituaris, illustris natura tua excitata crebra iam lectione piorum Poematum, quibus peculiaris quædam ἐνέργεια solet inesse, quò per se est generosior, eò maiores ad studia doctrinæ, pietatis & sapientiæ cum accrescente ætate subinde concipiet impetus.

Legent etiam alij & senes eruditi cum voluptate, & iuniores literis dediti studio maiore, cum hoc Opus, quod ad maximam carminum partem attinet, quasi Posthumum Philippi, tibi, tuisq; studijs dicatum, tanquam in clientelam sapiẽtissimi et fortissimi Principis patris tui, tuamq; traditum esse cogitabunt.

*Ante annos 28. penè adhuc puer vi-
& audiui Illustrißimum Principem Ge-
gium Marchionem B. patruum tuum
mmemorabili pietate, clementia et comi-
te colloquentem de Ecclesiæ doctrina &
èris cū Iohanne Hesso Theologiæ D. Vra-
slauiæ in patria mea, de quo & ego mul-
commemorare poßem, & scit plurima
euerendus & clarißimus vir Iohannes
urifaber Heßigener, T. C. in guberna-
one rerum Ecclesiasticarum fidelißimus
æsidens.*

*Patris eruditio & pietas orbe toto cons-
icua & celebris est, Extant & in histo-
s Illustrißimæ familiæ tuæ innumera, &
quidem perpetuæ celebritatis maiorum
orum sapientiæ, fortitudinis et eloquen-
e monumenta, sed certè Patris & Pa-
ui Georgij recentia & ante oculos posita
ustria exempla, quorum te imaginem
ferre, & vestigia cum magna laude in-
edi fama est, me & alios ad singularem
i obseruantiam, & spem de T. C. maxi-
am inflammarunt, iam pridem benè pre-
ntem successibus tuis, & sæpe animo re-*

petentem cum de te cogito, Andromaches ad Astyanacten exhortationem, quæ est apud optimum Poetam paulum mutato versu eiusmodi ferè:

Ecquid in antiquam virtutem, animosq; viriles
Et pater Albertus, patruusq; Georgius armant.

Accesit deniq; his omnibus hortator & impulsor vir Reuerendus Ioannes Draconites, Ecclesiarum illustrißimæ Celsitudinis tuæ in Pomesanensi tractu ἐπίσκοπος, qui toto hoc tempore, quo ei, pia & clementißima concesßione illustrißimi patris tui, nobiscum in Vitebergensi Academia, religiosi Operis conficiendi causa commorari licuit, domus meæ hospitio vsus, de tua Heroica Indolæ magna, omnia de se iam in ipsis adolescentiæ initijs promittente, crebrò multumq; commutatis sermonibus, admirationem, amorem et obseruantiam erga te meam mirificè auxit, & pergratam tuæ celsitudini hanc piarum Musarum dedicationem fore mihi persuasit.

Accipe igitur Illustrißime adolescens & inclyte Princeps, patriæ & afflictarum

Ecclesiarum spes summa, & secundum Deum vnica, a cipe hilari vultuq; quæ se tibi offerunt atq; dedunt, Albaicas natas ex patre Melanthone Musas, quæ se tibi ita commendant, vt & hoc tempore de amplissimi ingenij, doctrinæ, & Heroicarum virtutum tuarum, non minus quàm incolumitatis & fortunarum quotidianis, & nunquam defuturis, iuuante Deo, incrementis tibi gratulentur, & simul rogent, quod pro Heroica indole tua sponte facturus es, vt digna Principis tantæ spei beneuolentia sese complectare, de quibus hoc C. T. rursum polliceor, te, quo maior in eas animi tui propensio futura est, eò plus ex ijs tandem & vtilitatis & verorum ornamentorum indolis atq; ingenij reportaturum.

Postremò Deum æternum Patrem per filium coæternum & σωτῆρα generis humani Iesum Christum omni animi contentione oro, vt illustrissimum patrem in ista laudabili senecta, & te florentem ætate tantoq; patre dignissimum filium, ac patriæ solamē vnicum in terris cōmuni patriæ

Eccle-

Ecclesiæ, literis, paci subditorum, posteritati & rebus bonis omnibus, atq; ita vtrumq; vtriq; inter orbi terrarum salutares Principes diu seruet incolumes & beatos. Bene & feliciter valete. VVitebergæ VIII. Cal. April. qui est dies & assumtæ humanæ naturæ & sacrificij Filij Dei, vt Ecclesiæ historia docet &c.

Anno 1563.

Inclytæ & illustriss. celsitudinis V.

Seruus

Petrus Vincentius Vratislauiensis Professor in Academia VVitebergensi &c.

PHI.

PHILIPPI MELANTHONIS EPIGRAMMATVM LIBER PRIMVS.

Detestatio negligentiæ ex Capite 17. Exodi.

ACer Idumæus loca per deserta vagātes
Arcere Ebræos finibus ausus erat.
Conseruitq; manus, sed Moses arma suorum.
Adiuuat, & precib9 prelia magna (ciet.
incit quoties palmas ad sidera tendit
Quemq; vocat, coram sentit adesse Deum.
chia sed quoties iterum lassata remittit,
Cogitur Ebræi cedere turba Ducis.
o die toto dum fusus pellitur hostis,
Erectas palmas ut tenuisse queat:
jcitur cubitis orantis saxea moles,
Sollicitoq; suis corde petentis opem.
uoties curamq; precesq; remisimus ipsi,
OCIA securis insidiosa nocent.
bræ vacuas subeunt dulcedine mentes,
Et facile in vitium pectora prona trahunt.
uant igitur tot nostra pericula curas,
Propositæ nobis exitijq; viæ.

Anno 1541 In itinere Ratisbonensi 22. Martij.

Nec

Nec quisquam putet his se emergere posse procellis,
Auxilium præsens ni Deus ipse ferat.
Conditor æternus vera est tibi voce rogandus,
Hunc tamen vt places, ara petenda tibi est.
Nulla est grata Deo, nisi Christus filius, ara,
Qui luit officio crimina nostra suo.
Huic impone manus, huic toto incumbito corde,
Ad patrem nostras perferet ille preces.

IMAGO ECCLESIAE, *Exodi* 33.

Moses stans in Cauerna rupis, ac videns tergum Dei prætereuntis.

Anno 43. In itinere ad Vbios. Insita sunt animis nostris ab origine prima
Notitiæ autoris semina vera Dei:
Impositum vt nobis Dominum sciremus, & eius
Immotæ legi subdita vita foret:
Heu cur has flammas, diuinæ extinguere lucis
Tam multi obliti seq; Deumq; solent:
Iustaq; legitimæ conturbant fœdera vitæ,
Contemptoq; ruunt in scelus omne Deo.
Sed paucos tamen hæc accensa in pectore flamma
Permouet vt vitæ munera iusta colant.
His nouisse Deum propius, coramq; videre,
Quantum conceditur, maximus ardor inest.

Ergo

Ergo etiam Moses vultus in lumine claro
Monstratos Domini cernere posse rogat.
Sed docet & Mosen & nos, totumq; piorum
Agmen, vbi agnosci, se Deus ipse velit.
Non hæc pigra hominum concreta ex puluere moles,
Insuper & vitijs squalida facta suis,
Sustinuisse potest diuini incendia vultus,
Cùm sordes nostras Iudicis ira videt.
Ergo iubet Mosen sublimi insistere rupi,
Illius & latebris se tenuisse cauis.
Hac ego prateriens, inquit, dabo terga videnda,
Sic vt & interea te mea dextra tegat.
Nos quoq; in immota docuit consistere rupe,
Amplecti Gnatum dum iubet ipse suum.
Et latebræ nobis subeundæ Ecclesia sola est,
In qua Euangelij dogmata pura sonant.
Namq; Deus transit per Mundi secula cuncta,
Vt cœtus aliquos iungat & ipse sibi.
Nec genus humanum quod imago debuit esse
Autorem referens omne perire sinit.
Quosq; sibi adiunxit, locat vno in vertice cunctos,
Nemo illum ex alia cernere sede potest.
Hi vocem agnoscunt, & facta ingentia dextræ,
Præsentemq; vident semper adesse Deum.
Expectantq; olim venturæ gaudia vitæ,
Et bona quæ nullo sunt peritura die.
Tunc nec erunt discedentis vestigia tantùm,
Nec tantum longè terga videnda Dei:

Sed fulgore nouo propius spectabimus ora,
Colloquio dabitur perpetuóq; frui.
Arcanas causas inspecto fonte sciemus,
Et gratæ mentes munera tanta canent.
Interea bellis lacerantur regna, suisq;,
In pœnas fato mundus vbiq; ruit.
Ac velut aggestis Tytanas montibus ausos,
Ad sublimem arcton scandere fama refert,
Conatosq; astris extinctis, omnia rursus
In vetus & cœcum vertere mixta chaos:
Turcica sic rabies paßim sese impia iactat:
Aduersus gnatum bella mouere Dei.
Deniq; cùm varijs quatiatur motibus Orbis,
Exercent Christi multa pericla gregem.
Sed tamen hos inter terrores, fataq; mundi,
Dextra pios cœtus protegit ipsa Dei.

DE VAGIENTE ECCLESIA.

Anno 1554

Æterni de mente patris sapientia nata,
In qua Mundi operum fulsit idea noui:
Et quæ distinxit pulcerrima corpora rerum,
Et iußit formas singula habere suas:
Hæc eadem in paruis vagit sapientia cunis,
Naturæ nostræ membra tenella gerens.
Sic quanquàm infundit se nostra in pectora, nobis,
Nondum se totam cernere posse dedit.

Vt tamen in nobis sint tantæ exordia lucis:
Tanquam vagitus dogmata prima sonat.
Non spernis, quanquam infirmos, si debita credant
Te λύτρα pro nobis Christe dedisse patri.
Ah precor infirmis adsis vt mentibus, atq;
Doctrinæ foueas semina sparsa tuæ.
Dum tua se totam pandet sapientia nobis,
Atq; patrem clara luce videre dabit,
Quando mortali soluentur carcere mentes,
Et duce te cœli culmina celsa petent
Christe tuo exulibus patriam tu sanguine reddis,
Nulla venit nobis Te nisi dante salus.

DE NAVI CHRISTI, Qua est Ecclesia Dei.

Anno 1552.

Auricomum vellus postquam transuexit Iason
In patriam, sperans debita regna sibi.
Oppressit Dominum nauis de culmine lapsa,
Sed qua defessus iam cubat ipse domi.
Non te Christe tamē tua, quam regis, opprimet Argo
Quamuis & rimis est lacerata suis.
Tum quoq; cùm fluctus ciet imo ex gurgite Orion,
Et rapidi venti prælia sæua mouent.
Quassatam medio in Pelago tua dextera seruat,
Et vere es Nautis anchora sacra tuis.
O viua effigies æterni, luxq; parentis,
Defendas cœtus optime Christe tuos:

Qui tua non ficta discunt oracula mente,
Atq; tuo poscunt Numine semper opem.

Anno 1555.

IN TABVLAM ECCLESIAE Dei sub imagine Halcyonum, descriptam Carmine à Martino Socolonio.

Fluctibus in medijs pariens Ecclesia quare
Halcyonum similis sit, tabula ista docet.
Illa sed est alijs etiam depicta figuris:
Naturæ impreßit plurima signa Deus.
Nidus humi iacet inter saxa Hypolaidos, in quem
Ignauus Coccyx oua fouenda locat.
Cumq; diu pauit cuculum officiosa voracem,
Nec tamen ingluuiem iam saturare potest:
Tum sibi seruatæ soluens mala præmia vitæ,
Nutricem cuculus deuorat ore suam.
Sic pia se præstans Thammiro Ecclesia matrem,
Serpentem proprio nutrijt ipsa sinu.
Non timet in matrem crudeles vertere morsus,
Ille nec esse Deum, qui videt ista putat.
Gnate Dei, prohibe, proprij defensor honoris,
Visceribus cuculos se satiare tuis.

In reditu ex Vbiis Anno 1543.

DE MOSE PERCVTIENTE PETRAM.

Qua regione Arabum fines Sinaia rupes
Claudit, & meridias aspicit alta plagas:

AEgra

Ægra siti lymphas medijs quærebat arenis,
Gens ex Isacidæ semine nata patris.
Et quanquam passim terram effodêre præustam:
Nulla ibi larga tamen vena reperta fuit.
Iamq; animas exhalabant, siccata labellis
Dum matrum infantes vbera sorte trahunt.
Expirantq; simul matres tristiq; sepulchri
Munere maternus fungitur ipse sinus.
Hic iterum subeunt animos noua tædia vulgi,
Pœnitet & varias deseruisse domos.
Nec tamen accusant Mosen, sed grandius addunt,
Quò premat immeritos, crimen habêre Deum.
Scilicet hæc miseris nimium vulgata querela est,
Iusta sed est semper iudicis ira Dei.
Et quanquam sontes punit, tamen inter eosdem,
Seruat relliquias agminis ipse sui.
Ergò iubet Mosen percussa educere rupe,
Pro populo vndarum flumina larga suo.
Obsequitur Moses, noua sed confusio mentem
Turbat, & aggresso diriguêre manus.
Et, cuius nunquam pectus trepidauerat antè,
Si quando fuerant iussa obeunda Dei.
Iam veluti nauis scopulis illisa fatiscit,
Si rupem aspiciens, excidit iste sibi.
Et ferit, & dubitat, sed mox se colligit ipse,
Et vigor, in pectus, qui fuit ante, redit.
Ergò ardens iterum rupem Sinaida pulsat,
Et baculo cogit cedere saxa suo:

Quodq; riget latè locca vasta, effundere flumen,
Vnde sibi dulces hauriat agmen aquas.
Hoc Deus exemplo monstrat se pascere egentes,
Quos ad militiam deligit ipse suam.
Sed tamen & maius quiddam spectacula tanta
Significant, multùm quod meminisse iuuat.
Legifer vt Moses est iussus scindere rupem,
Sic propter Legem vulnera Christus habet.
Lex immota manet: peccatum punit, & odit,
Proponitq; iræ plurima signa Deus.
Verum, ne prorsus natura humana periret,
Neue hæc frustra esset condita imago Dei:
Pro nobis Natus patris intercessit, aditq;
Pœnam, quam iusta sanxerat ira Dei.
Lex igitur Christum insontem percussit, & inde
Manarunt vitæ flumina grata nouæ.
Cur autem trepidat Moses? præsagia luctus,
Venturo in populo tunc pauor ille fuit.
Quæ legem, vocemq; Dei gens audijt vna,
Hæc Christo Domino est inijcere ausa manus.
Venturum scelus hoc exhorrent pectora Mosis,
Et nondum noto mota dolore stupent.
Sæpè duces populi feriunt te maxime Christe,
Anteferunt dictis cum sua iura tuis.
Et cœci decus esse putant non soluere leges.
Quas decuit voci cedere sponte Dei.
Est virtus leges, & morum vincla vereri,
Si tamen & legum regula Christus erit

DE

DE CANTIONE ANGELORUM.

Gloria in excelsis Deo &c. Anno 1539.

Quare ad pastores primum vox nuncia venit,
Angelicus summa quam tulit arce chorus?
Nempe vt præcipue pastores carminis huius
Gentibus autores esse ducesq; velint.
Vt summo patri veri reddantur honores,
Et toto fiat notus in orbe Deus.
Ac late in mundo spargantur munera Christi,
Quæ sunt placati pignora certa patris,
Et curent, vt sit pacata Ecclesia Christi,
Concordiq; regant ore, fideq; gregem.
Sit procul à Christi discordia sæua ministris,
Namq; Deus poterit, non nisi pace coli.
Nulla lues ouibus tantum, non vlla venena,
Quantum pastorum dißidia ipsa nocent.
At generi humano tunc aurea viuitur ætas,
Tunc animi capiunt gaudia vera pij.
Cùm summi patris est verè patefacta voluntas,
Et cum nos curæ nouimus esse Deo.
Cumq; vnà Christum tranquilla Ecclesia voce
Concinit, & studio laudat vbiq; pari.
Hæc præcepta canit cœtus pastoribus ille,
Officij memores & iubet esse sui.
Quod quicunq; facit, bona vera & maxima cunctis
Affert, quæq; ætas nulla abolere potest.

Et quondam Angelicum mortalibus inchoat hymnum,
In terris verè est Angelus ipse Dei.

CVR NOS CVRET ET seruet Deus.

Non Deus ostendit se tantùm vt corpora curet,
Sed cur seruari nos velit, ipse monet.
Scilicet vt sese nobis communicet ipse,
Semper & vt viuant pectora plena Deo.
Tunc autem in nobis fulget, tunc pectora complet,
Mens pia cum discit munera nosse Dei.

DEVS EST CASTA MENS.

Casta Deus mens est, casta vult mente vocari,
Et castas pondus iußit habere preces.
Πνεῦμα ἐὼν θεὸς ἀΐδιος καθαρόν τε καὶ ἁγνόν.
Τῶν ἁγνῶν δέχεται ἱερὰ μοῦσα φρενῶν.
Ἁγνείαν καὶ ἔταξε νόμοις σεμνοῖσι γάμοιο,
Τιμήσεις θεὸν οὕτω ἐν γάμῳ εὐσεβέως.

BENEDICTIO MENSÆ.

His epulis donisq; tuis benedicito Christe,
Vt foueant iussu corpora fessa tuo.
Non alit in fragili panis modo corpore vitam,
Sermo tuus vitæ tempora longa facit.

GRA-

GRATIARVM ACTIO POST sumptum cibum.

Postquam epulis exemta fames, mensæq; remotæ,
Dicemus grates nos tibi summe pater.
Non hæc humanas vires alimenta iuuabunt,
Diuina si non hæc foueantur ope.
Namq; tuo viuunt agitata a Numine cuncta,
Adflatu spirant cuncta, valentq; tuo.
Nunc etiam gratis animis alimenta ministra,
Atq; immortali pectora pasce cibo.
Et quia cura sumus tua, nos pater optime serua,
Et studia & vitæ tempora cuncta rege.
Cumq; epulas dederis rerum pater optime nobis,
Adde epulis vires pro bonitate tua.

DISTICHON.

Vt tua pertingat, penetretq; precatio cœlum,
Ardenti fiat speq; fideq; frequens.

IN DECALOGVM.

Diuino præcepta puer si prodita ab ore,
Et facies casto pectore iussa Dei:
Ipse pater vitæ cursum moderabitur omnem,
Nec fortuna tibi sæua nocere potest.

IN GENESIN.

Non cæco casu natura humana sine vlla
Consilio, ex veteri prodijt orta chao.

Nec deinde est lapidum temerè de mole renata,
Quos iecit monitus Pyrrha secuta viri.
Magnum opus est, ad quod nos mens æterna creauit,
Vt nostro studio notior esse queat.
Ac in nos haustam proprio de pectore mentem
Fudit & effigiem iussit habere sui.
Ah cur autoris subeunt obliuia nobis?
Vnde homini tanti venit origo mali?
Sed Deus ipse sua depellit luce tenebras,
Et quæ sit vitæ norma sequenda docet.
Audijt hanc cœlo delatam Ecclesia prima,
Et Deus hos fontes semper adire iubet.

IN HISTORIAS REGVM.

Hanc speculum vitæ ducas, morumq; magistram,
Quæ libris istis traditur, historiam.
Præmia iustorum monstrat, pœnasq; nocentum,
Et præsens regnis numen adesse Dei.
Et dubiam vitæ sortem, ac incerta pericla,
Non tantum humana calliditate regi:
Sed custode Deo casus superabimus omnes,
Placatum pietas si modo nostra facit.
Et quibus officijs possit flectiq;, coliq;,
Hic exempla liber iusta sequenda dabit.
Sit licet vtilitas res gestas nosse prophanas,
Vtilior tamen est perlegere ista labor.

IN PROPHETAS.

O vtinam Vatum preconia dicere possem,
Accendit quorum pectora pura Deus:
Doctrinæ vt lucem renouarent, atq; docerent,
Quis summo patri sit tribuendus honor.
Hi populum in rebus dubijs rexêre, leuantes
Consilio gentis multa pericla suæ.
Venturum æterni natum cecinêre parentis,
Crimina vt ablueret nostra cruore suo.
Hunc propter recipi docuerunt vota preceśq;
Hoc duce iusserunt Numen adire patris,
Censuraq; sua frenarunt sæpè Tyrannos,
Et populi mores continuêre sui.

IN DANIELEM PROPHETAM.

Ἄχθε ἴσας τραπέζαισιν ἰδὼν φοβεροῖς βασιλεῖς
ὀῤῥωδέας, ἀρχὰς πήματα τοῖα ὁρῶν. (ας:
ἴσθι θεὸν δ' ὅτι γῆν ὤμοις ὑπέταξε τυράννοις,
πάντα φέρον ὀργῇ ἄσυλα ἔργα βροτῶν.
Ἔστι δὲ φθίνοντος κόσμου σχετλιώτατον ἄχθος,
ἡ μιαρῶν τοὔργον αἰνὴ ἀτασθαλία.
ἄτη γὰρ πλεῖον πυμάτῳ αἰῶνι προκόψει,
καὶ ἀτρεκὴς ἔσται πίστις ἀμαυροτέρα.
καὶ συνθῆρα μόγις θείων τηρήσει ἐφετμῶν,
ὡς Χριστῷ ὀλίγον τάγμα συνηγορέον.
ἥξει δ' ἀῦ ἰδίου υἱὸς πατρὸς αἶψα δικάζειν,
καὶ ἐναγεῖς ἐχθροὺς ἶφι κολαζέμεναι.

θάρσει τ᾽ οὖν σωτῆρος ἅγιοι ποτιδέγμενοι αὐτὸν,
καὶ μὴ μαργώσαις φρεσὶ λάθεσθε ὀλίγων,

IN PSALMOS DAVIDIS.

Si qua Dei puram tangit reuerentia mentem,
Et iusto Christi nomen honore colis:
Si quo res è fonte fluunt, quod & omnia numen
Et regit & seruat cernere mente soles:
Hæc puer illius veneranda oracula disce,
Iessææ quondam quæ sonuêre fides.
Illius vt Mosi per rupem gloria visa est,
Panditur hoc etiàm carmine, crede puer.

ALIVD IN PSALMOS.

Saxa ferunt Vatem traxisse Amphiona cantu,
Vt strueret Thebis mœnia prima suis.
Maius opus fieri Dauidis carmine constat,
Qui trahit ad summum pectora nostra Deum,
Nunc seruatoris narrat præconia Christi,
Quem canit æterno de genitore satum.
Nunc apte gemitus, & verba precantia tradit,
Ad summum patrem quæ tua vota vehant.
Nunc iustas vitæ leges, pœnasq; malorum,
Et promissa canit præmia magna pijs.
Hæc igitur Cithara est ad tempora quælibet apta,
Auraq; in manibus semper habenda pijs.

Psal-

PSALMVS CXXVII.

Nisi Dominus ædificauerit domum. Qui docet Deum custodem esse vitæ nostræ & gubernare totum vitæ cursum.

Quò struis & cœlo certas educere molem,
Frustrà erit, hoc condat ni Deus autor opus.
Quò vigilas, vrbemq; tuo vis Marte tueri,
Falleris, excubias ni Deus intus agat.
Et quanquam gratos somnos abruperis, ante
Quam reuehit clarum, lucifer ipse diem:
Longa dies quamuis tristi consumta labore est,
Ac operæ partem nox quoq; sera trahat.
Nil tamen aßiduæ prosunt curæq; laborq;,
Si non aspirent numina summa tibi.
Seruat, alitq; pios rerum pater optimus, inde
Commoda sunt vitæ cuncta petenda tibi.
Non Domus ipsa sibi, non vrbs creat ipsa patronos,
Felices ciues datq; facitq; Deus.
Impetus est qualis volucri, rapidæq; sagittæ,
Figitur in iusso quæ procul acta loco:
Sic quocunq; rapit diuinus spiritus illos,
Virtuti cogunt cedere cuncta suæ.
Non fortuna viros, non virtus deserit vnquam,
Mœnia nec patriæ sunt ruitura piæ.

PSALMVS LXVI.

Iubilate. Qui inuitat ad finem, & docet nos Deo curæ esse.

Huc agite ô populi, summumq; agnoscite patrem,
Illius & laudes carmine ferte pio.
Et vos qui primi redeuntem cernitis vndis
Eoo Solem ducere ab orbe diem.
Et vos qui reuehi tenebras, nocteinq; videtis,
Oceano fessos Sol vbi mergit equos:
Quem colimus vere esse Deum, rerumq; parentem.
Discite, & illius numine cuncta regi.
Non nati casu, non casu viuimus ipsi,
Condidit, & factos seruat, alitq; Deus.
Ille iter incertum vitæ, cursumq; gubernat,
Illius verè curaq;, grexq; sumus.
Has laudes pueriq; Deo cantate, senesq;,
Hic honor, hæc summo victima grata patri est.
Hinc sperare animis audete, & poscere certum
Auxilium, tristi tempore quisq; sibi.
Nam bonus est Deus, & miseros auditq;, iuuatq;,
Qui credunt eius se bonitate tegi.

EX PSALMO CXIX.

In æternum Domine permanet Verbum tuum, &c.

Sermo

Sermo tuus nunquam pater occidit irritus, & non
Spem fallit mentis, destituitue piæ.
Nulla potest vnquam tua dicta abolere vetustas:
Sic durat verbo condita terra tuo:
Quodq; indefesso cursu cœlum omne pererrat,
Et Sol formosum fertq; refertq; diem.
Descripsêre vices illis tua iussa, viamq;,
Seruat enim verbum cuncta regitq;, tuum.
Pene ego crudeli fueram hosti præda futurus,
Vitaq; in æternam noctem abitura fuit.
Ni tua vox animam fugientem sola teneret,
Quæ te adfirmat opem ferre solere pijs.
Hæc me tela inter fiducia texit, & enses,
Addidit & vires hæc medicina nouas,
Nulla tui nobis venient obliuia verbi,
Nec meriti fiet gratia vana tui.
Et fidum miseris portum VERBVM *esse canemus;*
Nam sermone tuo reddita vita mihi est.
Nos tua cura sumus rerum pater optime, teq;
Nos custode vno fidimus, atq; duce.
Cætera deficiunt nobis solatia: quare
Nos tua defendat dextera quæso pater.
Ecce tuum contra populum gens impia ferrum
Strinxit, & aduersus te gerit arma Deus:
Sed vincent tua dicta hominum viresq; minasq;
Cætera prætereunt, sed tua dicta manent.

Psal.

PSALMVS CXXIII

Qui confidunt in Domino. Adhortatur ad finem, quia Deus tueatur eos qui ab ipso expectant auxilium.

Vt scopulis innixa suis Sionia rupes
Durat in æternos non peritura dies:
Sic irata pios nunquam fortuna reuellet,
Si spe nituntur pollicitisq; DEI.
Ecce vides Solymen quæ moles cinxerit vrbem,
Et non humana mœnia facta manu?
Parua inter montes latet, immani aggere septa,
Et stat inaccessis vndiq; clausa iugis.
Defenditq; suo propius nos robore Numen,
Ignea dum simulat mœnia luce sua:
Ne populum feriant cœlestia sacra colentem,
Acta malos contra noxia tela viros.
Ne te igitur capiat melior fortuna malorum,
Turpiter vt cupias destituisse Deum.
Non habet impietas successus, credite, longos,
Et male promeritos tristia fata manent.
Felicesq; pij, quos tu pater optime seruas,
Continget portum te duce nostra ratis.
Ergo leua pater afflictos, vitæq; guberna
Ambiguum cursum nomine quæso tuo.

PSALMVS IIII.

Cum clamarem, exaudiuit me Deus iustitiæ meæ &c.

Quamuis dura feram, tamen est pars certa salutis,
Et videt adflictos, & iuuat ipse Deus.
Non igitur, quia me fortuna exercet iniqua,
Dicite me Domino displicuisse meo.
Eriget hæc inter mala nos pater optimus, atque
Aspiciet lacrymas accipietque preces.
Et rerum Domino nemo succenseat vnquam,
Auxilium quoniam differat ille diu:
Sed petat, ac expectet opem: sic mollia durat
Pectora, sed nunquam deserit ille Deus.
Et quanquam mora longa sit, & solatia nulla:
Qualia mundus amat, cernere posse datur:
Te promissa tamen recreent cœlestia, donec
Impius hic mundus gaudia ventris habet.

PSALMVS CX.

Dixit Dominus Domino meo &c.

Dat Domino noua regna meo pater optimus, illi
Quem mihi promisit venturum ab origine nostra,
Et delere iubet cunctos, qui recta monentem
Contemnent: Regni primum Sionia rupes
Auspicium est visura noui, hic vbi gentis Hebrææ
Impia posteritas scelerato extinguere ferro

Hunc

Hunc volet, ipse tamen superato ex hoste triumphum
Lætus aget, mediosq; inter dominabitur hostes.
Ac vt Vere nouo tenebris cum forte remotis
Manè aurora diem nobis, lucemq; reducit,
Effundit rorem campis sitientibus æther:
Vndiq; sic veniunt ad regia signa cateruæ,
Vndiq; & agnoscent Dominum monitusq; sequētur.
Ille pios inter tam multa pericula vitæ
Proteget, & mortis feralia iura fugabit.
Sed non sceptra modò geret ille, & regis honores:
Namq; sacerdotis summi quoq; munus obibit,
Iratumq; patrem nobis placabit, & vnus
Orabit miseris veniam mortalibus, atq;
Victima erit pro delictis gratissima nostris.
Nec veteri ritu pecudes mactabit ad aras,
Quem pater ad seros Aron misisse nepotes
Traditur, aut vituli consperget saxa cruore,
Aut metuende pater falsa tibi fruge litabit.
Non etenim offensi flectebat numinis iram
Talis honor: faciet noster noua sacra Sacerdos.
Et velut Abramum successu cædis ouantem,
Raptaq; dé victis spolia hostibus ampla ferentem
Melchisedec, paruis Solymis, qui regna tenebat.
Excipit, & grata victorem voce salutat,
Atq; viro benedicit, & omnia cępta secunda
Esse iubet, nec erunt, inquit, nostra irrita vota.
Adprobat ista Deus, qui te seruatq;, regitq;:
Talia pro nobis faciet quoq; vota sacerdos

Noster, vt humani generis mala plurima, rerum
Conditor ipse leuet, miserisq; errata remittat,
Et nunquam moritura noue det gaudia vite.
Nec verò æternum mors finiet huius honorem:
Viuet, & ipse suo fungetur munere semper,
Vt summi patris aßidua prece mitiget iram.
Huic igitur regi inuenies parere, senesq;:
Tempus enim, mihi credite, erit cum numinis vltor,
Contemti ipse sui pœnas, & iusta reposcet
Supplicia, & figet semper mensura trophea
Hostibus extinctis. Nam magni dextra parentis
Hunc iuuat, & regum franget viresq; minasq;,
Et quanquam ærumnas nostras, mortemq; subire,
Et perferre iubet pater, hunc tamen inde reducet
In vitam, fascesq; dabit, regnumq; tenere.

PSALMVS CXI.

Confitebor Domino.

Quas laudes tibi nos pater canemus,
Que preconia maximisq; factis
Dicemus? manifesta signa nobis
Monstrasti bonitatis & fauoris,
Vt curæ tibi nos sciamus esse.
Escam namq; pijs pater dedisti,
Et tradis Cananea regna nobis,
Mansurum quoq; fœdus omne in æuum
Fecisti: rata sunt, eruntq; semper,
Que dicis pater, atq; polliceris.

Defendes, populum tuum, atq; mittet
In terras Dominum, ille liberabit,
Et nos proteget, & procul fugabit
Aerumnas, mala cuncta: reddet ille
Vitae gaudia sempiterna nobis.
Ergo omnes Dominum Deum timete,
Nam prima est sapientia hunc timere,
Quisquis iussa Dei facit, colitq;,
Is demum sapere optime est putandus.

PSALMVS CXII.

Beatus vir qui timet Dominum &c.

Foelix, ille, Deum metuit qui pectore toto,
Cuius delitiae sunt bona iussa Dei.
Illius & natos, & qui nascentur ab illis,
Coelesti Dominus, crede, iuuabit ope.
Et quae sufficiant, donabit commoda vitae,
Iustitia est huius vindice tuta Deo.
Grataq; in aduersis cernet solatia rebus,
Adficitur nostris nam Deus ipse malis.
Vir bonus aera solet facilis dare mutua egenti,
Et mens illius nescia fraudis erit.
Non poterit talem fortuna euertere iniqua,
Est memor illius semper, eritq; Deus.
Fortunaeq; minas ille imperterritus audit,
Solius fidit nam bonitate Dei.
Et quoniam curae esse Deo se credidit, ipso
Inspectante malis, poena luenda venit.

Fiat quia spargit opes, & donat egenis i
Præmia iustitiæ non moritura feret.
Quamuis secura diu sint ocia prauis,
Pœna tamen tardo hos corripit acta pede.

PSALMVS CXXXIII.

Ecce quàm bonum & quàm iucundum.

Exiguis addit vires concordia rebus,
Et cumulat modicas atq; tuetur opes.
Vtq; senis celso manantia vertice Aronis,
Infirmos artus balsama larga rigant.
Siue satis vt vita redit, dum Sirius agros.
Torret, si gelido rore madescit humus:
Sic vbi sunt æquo sociata fœdere mentes,
Fidaq; communis pectora iunxit amor,
Virtutem Deus aspirat, placidoq; fauore
Prouehit, & vitæ cuncta pericla regit.

PSALMVS LXXXI.

Deus stetit in Synagoga &c.

Stat Deus in media turba cœtuq; Deorum,
Terribiliq; alios increpat ore Deos.
Nunquis erit tandem scelerum modus? omnia iura
Oppressa à vobis viq; doloq; iacent.
Nil in iudicijs inopis valet optima causa,
Gratia sed tantùm diuitis illa regit.

Quin vos efficite, vt probitas innoxia semper
Præsidio vestro tuta manere queat.
Nec circumscribi pupillos fraude sinatis,
Iniusti metuant tristia iura fori.
Sed nihil his monitis regum fera corda mouentur,
Nec cœca mentes numina summa timent.
Nulla voluptates moderantur vincula legum,
Miscent arbitrio fanda, nefanda suo.
Sed meritas olim dabit ista licentia pœnas,
Conuenietq; actis exitus ipse suis.
Ecce ego deijciam celsa de sede Tyrannos,
Cum manibus terras ipse mouebo meis.
Vos equidem esse Deos iußi, natosq; vocaui,
Voce mea vobis regna tenere dedi:
Sed repetam titulos, & regni iratus honores,
Et dabitis pœnas vos aliquando mihi.
Vtq; alij exuti regnis cecidere Tyranni,
Qui veluti plebis pars, sine honore iacent;
Sic postquam tituli vobis ego dempsero honorem,
Lapsaq; cum fuerint scripta superba manu;
Vos ignota eritis contemptaq; funera, sicut
Obscura vulgus morte perire solet.
At tu summe DEVS *surgas, terramq; gubernes,*
Absq; tuo regnum numine stare nequit.
Omnes te gentes Dominum metuantq; colantq;
Omnia sunt etenim sub ditione tua.

PSALMVS LXXXIIII.

Quam dilecta tabernacula &c.

Præcipit vt amemus, & summa cura ornare studeamus Ecclesiam Christi, hoc est, & verbum Dei, & ipsum publicum ministerium, & iubet huius ministerij causa fortiter perferre ærumnas, & pollicetur Ecclesiæ in periculis auxilium Dei.

Nulla domus, non vlla mihi iucundior vrbs est,
Quamuis ingentes accumularit opes:
Quam templi sunt tecta tui, pater optime rerum,
In quo doctrinæ vox sonat ipsa tuæ.
Hanc arcem toto venerabor pectore semper,
Qua non est animo charior vlla meo.
Ipse tuas aras festis ornabo coronis,
Atq; illas iusto semper honore colam.
Vtq; suis timidæ nidis gaudere volucres,
Quos sibi quæq; sua condidit arte, solent,
In quibus & possunt hostes contemnere tutæ,
Et pullos dulci mater amore fouet:
Sic nobis templum nidus gratißimus esse,
Et certum debet perfugium esse pijs.
Felix hac semper quicunq; habitabit in arce,
Audiat vt laudes, & canat ipse Dei.

Vera pijs patria est Ecclesia sola putanda,
Quæ patriæ debes officia, ista petit.
Non vis vlla animos vnquàm diuellat ab ipsa,
Æterno iunctam fœdere semper ama.
Hanc omnes studio sociato ornentq; iuuentq;,
Hic honor, hæc pietas, credite, grata Deo est,
Ac veluti volucrum nidos industria munit:
Sic nostra cura est ista tuenda domus.
Crudelis quicunq; ipsam lacerare parabit,
Impiaq; aduersus ceperit arma Deum.
Sed patriam hanc quisquis melior defendere certat,
Et rectam non vult destituisse viam:
Ærumnas feret ille graues, atq; aspera multa:
His non succumbet sed tamen ipse malis.
Ac riuos late deducet fonte perenni,
Extingui nunquam dogmata vera queunt.
Doctores Deus ipse regens cœlestibus auget
Dotibus, & studium prouehit, atq; iuuat.
Multaq; deleto victores hoste trophæa
Ponent vt fiat gloria nota Dei.
Exaudi gemitus nostros, pater optime rerum,
Aspicias templi quæso pericla tui.
Conserua regni formamq; statumq; decorum,
Præfice concordes ipse, piosq; duces.
Has ego delitias ardentibus expeto votis,
In templo semper degere posse Dei.
Et quamuis ibi erunt mihi multa adeunda pericla,
Namq; odijs vrget mundus vbiq; pios:

Attas

Attamen anteferam regnis, opibusq; malorum,
Huius militiæ signa decusq; piæ.
Namq; sua dextra Deus istam protegit arcem,
Et ciues nunquam deserit ille suos.
Felix, qui voci cœlesti obtemperat vni,
Nec patitur frangi pectora firma minis.

PSALMVS CXXII.

Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Anno 1552.

Gratiarum actio de constitutione Ecclesiæ, & precatio de conseruatione &c.

Summe Deus nobis patefacte in rupe Sinai,
Nostra tibi grates pectora & ora sonant:
Quod sanctis Solymis vt templi immota sit omni
Tempore dehinc sedes, quæ tua dicta sonet.
Curia stat nobis sapiente ornata senatu,
Voce tuam patriam, consilioq; regens.
Pectora cunctorum dulcis concordia iungit,
Et studio condunt mœnia nostra pari.
Isaciaq; tribus cunctas huc ire necesse est,
Cædenda est alio victima nulla loco.
Hic vox doctrinæ spargatur vt vnica puræ,
Quam nobis cœlo tradidit ipse Deus.
Ipsius vt bonitas in toto luceat orbe,
Notaq; sint Gnati munera magna sui.

Restituit nobis vitam qui labe remota.
Iustifica saluos & facit esse fide.
Hic fons doctrinæ sit limpidus inde fluentis,
Non ficto Deus vt posset honore coli.
Posteritas in qua Dauidis regna tenebit,
Hic semper sedes non peritura manet.
Diligite hanc Solymen,& grato reddite corde,
Debita cuncta illi munera, vota, preces.
Qui fouet officijs hanc iustis, atq; tuetur:
Proteget hunc semper dextera magna Dei.
Sit tibi pax,& vera salus Ecclesia semper,
Quæ discis studio dogmata sancta pio.
Fausta meos propter fratres, propterq; propinquos
Opto tibi & templi ne labefiat honos.

Anno 41. Ratisbo-næ.

DE LECTIONE PSALmorum Dauidis.

Membra rudi è terra primorum quando parentum,
Arcana finxit maximus arte pater.
Adflauitq; haustas proprio de pectore mentes:
Nos ad mirandum condidit autor opus.
Notitiam ipsius latè vt spargamus in Orbem,
Vt laudent nomen terra polusq; Dei,
Alter honos tamen ad doctrinam accedere debet,
Assidua vt quæras voce parentis opem.
Vtq; Deo semper tales reddamus honores,
Aeternam vitam filius ipse dedit.

Hos

Hæc tibi Dauidis proponunt carmina Vatis,
Vt laudes tribuas, & pia vota Deo.

Aliud de psalmis.

Esse Deum æternam mentem, quæ cuncta creauit, Anno 40. VVitebergæ.
Mundi totius machina pulcra docet.
Plus tamen est sic nosse Deum, quod vota piorum
Audiat & gemitus pondus habere sinat.
Id tibi promittunt hæc cælo oracula missa,
Iessæi vatis quæ sonuêre fides.
Hinc igitur mœstis solatia firma petantur,
Hunc quærat portum mens tremefacta sibi.
Amphion cantu scopulos traxisse putatur,
Et potuisse Orpheus flectere voce feras:
Attamen hos longe Dauidis carmina vincunt,
Quæ mentem e media ducere morte solent.

DE VENIS METALLICIS; Anno 52. in reditu ex itinere Noribergensi.

Gratiarum actio & precatio Phillippi.

Non casu volucres Atomi sine mente ruentes,
Hanc mundi formam progenuêre nouam.
Formatrix sed mens sapiens ac optima mundi est,
Omnia quæ mira condidit arte Deus.
Consilioq; sagax varios distinxit ad vsus,
Et prodesse homini cætera cuncta iubet.
Et clara impreßit multis vestigia rebus,
Agnosci sapiens conditor vnde queat.
Hæc bonitas celebranda tua est Deus optime semper,
Fac grate mentes vt tua facta canant.

Quare etiam grates pro tanto hoc munere dico,
Quod certum est artis tantum opus esse tuæ:
Intima quod venas sparsisti in viscera terræ,
Vsibus vt nostris apta metalla ferant.
Lactea vbi fumis hydrargyra mixta coquuntur
Sulphureis, fibræ semina prima nouæ.
Dantq; alias formas cœlestia lumina maßis,
Et vagus in terris hoc iuuat ignis opus.
Sed satis effari queat hæc miracula nemo,
Hoc certum est, nasci cuncta fouente Deo.
Vis etiam nostro quæri hæc tua dona labore,
Legitimos vsus & tua dicta docent.
Mandasti quondam fieret tibi vt aurea sedes
Intra aditum templi conditor alme tui,
Iußisti binas argenti pendere drachmas,
Vt seruaretur relligionis honor.
Et iustum esse doces, par compensatio cum sit,
Sic vis pro sumta merce nomisma dari.
Cumq; probas operas fossorum; Ecclesia sæpe
His collecta locis fida placensq; tibi est.
Strymonia docuit nam Paulus in vrbe Philippis,
Hic vbi tunc auri vena opulenta fuit.
Diuitiasq; loci celebrauit longa vetustas,
Vrbs ibi nam Datus non minor ante fuit.
Sed cepit Pauli doctrina ditior esse,
Qui populi mores prædicat, atq; fidem.
Exul vbi viduæ pietate exceptus Elias
Sidonia quondam non procul vrbe fuit.

Hic

Hic à conflatis antiqua Sarepta metallis,
Artem & opus monstrat nomine clara suo,
Multa bonæ mentes exempla hinc sumere possunt,
Quæ formant mores, quos probat ipse Deus.
Esse Deum verum, patefactum in rupe Sinai
Norint: qui mundum condidit, atq; regit:
Quiq; redemptorem misit de virgine natum,
Qui viua æterni patris imago fuit:
Vocem Euangelij, qui dura in pectora spargit,
Fœcundat montes semine vt ipse dato.
Addit & huic vitam cœlesti lumine voci,
Adflatu mentes vrit & ipse suo.
Fossores tamen esse iubet sua dicta doceri,
Et studio disci præcipit ipse pio.
Disce Sareptanæ viduæ pia facta fidemq;,
Hæc aliqua vt referas parte, precare Deum.
Ac simul effundi diuinam in pectore lucem,
Inq; sinus terræ semina larga, petas.
Gnate Dei effigies æterni viua parentis,
Hos populos serues, te precor, atq; regas,
Ac Euangelio semper tibi collige cœtum,
Concedas studijs hospitiumq; pijs.
Hæc animo volui, iuga per Ioachimica vectus,
Perq; Annæ montes qui modo nomen habent.

DE SICLO

Anno 1552.

Iusta sacerdotum designat munera Siclus,
Cuius in Ebræis vrbibus vsus erat.

In quo florescens insculpta est virga Aaronis,
Quae monet, ut doceant dogmata pura Dei.
Parte calix alia est impletus thure Sabaeo,
Hic offerre preces, ut noua thura, iubet.
Attamen ante alios summus facit ista sacerdos
Filius aeterno de genitore satus.
Ipse sinu profert nobis decreta parentis,
Restitui vitam quo velit ille modo.
Hic Aaronei coetus est florida virga,
Ac Euangelij semina prima ferens.
Hic & consilio mirando victima factus,
Iusticiae soluit debita λύτρα patris.
Cumq; cruor toto manaret corpore: supplex,
Vulnera pro nobis obtulit, atq; preces:
Et sibi perpetuum doctrina colligit agmen,
Viuificans verbo pectora nostra suo.
Quanquam autem ad dextram coelesti in sede parentis
Ipse dat haec semper maxima dona pijs:
Doctores tamen adiungit, sociosq; laborum,
Organa quos vocis praecipit esse suae:
Cura sit his fontes doctrinae nosse salubres,
Fundere & in populo flumina pura Dei.
Cumq; Sacerdotis Christi coniungere votis,
Aßiduos gemitus, cura sit, atq; preces.
Gnate Dei nobis iram placato parentis,
Et tua discentes dogmata Christe tegas.
Tuq; λόγος viuens nostris in mentibus adsis,
Et flatu accendas pectora nostra tuo.

PRECATIO NVMERORVM.

Optime Christe tuæ des fata secunda cateruæ,
Ac inter vitæ sæua pericla tege.
Tu dabis vt cernat verè esse patremq; Deumq;,
Certa venit nobis, si miserere, salus.
Placatumq; animum, vultusq; ostende paternos,
Prosperaq; eueniant cuncta fauore tuo.

ALIA in qua appellatio Siloh, quam Iacob Christo tribuit, Gen. 49. expressa est. Anno 3552.

Gnate Dei effigies æterni viua parentis,
AEterna Verbum mente satumq; patris.
Indutus nostræ qui carne in virginis aluo,
Humanum accedis, maxime Christe, genus:
Te pius Isacides compellat nomine Siloh,
Quod teneræ es fœtus virginis ipse tener.
Ac velut inuoluēs fœtum membrana recentem,
Dum rude sub matris pectore turget onus,
Mollis & admotus non est durabilis vllos,
Pendet & à Cotylis squallida tota nouis:
Sic infirma fuit caro tunc tua maxime Christe,
In cruce pro nobis cùm lacerata fuit.
Indueras etenim mirando fœdere carnem,
Huic nostræ similem, supplicijq; ream.
Sed prorsus fragilis nos ipsi, & sordida pellis,
Materna chorion labe reumq; sumus.

Attamen hoc viuet chorion, quando induis ipse,
Voce tua sanans, atq; cruore lauans.
Sic autem nobis diuina hæc munera dantur,
Cum discunt vocem pectora nostra Dei,
Ac cœtus ideo discentum Christe tueris,
Vt chorion vere sit Schola casta tuum.
At tua tuta precor seruetur fascia Siloh,
Ne queat hanc vllus dilacerare furor.

Anno 1541. *ALIA ex 2. Paralip. 20. expressa versibus à Ioach. Cam.*

In tenebris nostræ, & densa caligine mentis,
Cum nihil est toto pectore consilij.
Turbati erigimus Deus ad te lumina cordis,
Nostra tuamq; fides solius orat opem.
Tu rege consilijs actus pater optime nostros,
Nostrum opus vt laudi seruiat omne tuæ.

ALIA precatio Philip. Melanth.

Te maneat semper seruante Ecclesia Christe,
Insertosq; ipsi nos tua dextra tegat.
Tres velut in flamma testes Babylonide seruas,
Rex vbi præsentem te videt esse Deum.

ALIA sumta ex dicto Genes. 1. Spiritus DEI fouebat aquas.

r ...sus ut Domini nascentia corpora fouit,
Cum manus artificis conderet ipsa Dei;
Foueat coetus, qui Christi oracula discunt,
Accendatq; igni pectora nostra suo.

ALIA desumta ex capite 16. Lucæ de Lazaro.

Æger & vlceribus squalens in corpore toto,
Hic iaceo & pereunt tabida membra fame.
Diuitis ante fores iacuit ceu Lazaris olim,
Cui fastidito nemo ferebat opem.
Vt tamen à cunctis spretus, tua cura, tuoq;
Exceptus gremio Lazarus ille fuit:
Sic, æterne Deus, tua me clementia seruet,
Et miserum dextræ protegat vmbra tuæ.

ALIA.

Nil sum, nulla miser noui solatia, massam Anno 1555.
Humanam nisi quod tu quoq; Christe geris.
Tu me sustenta fragilem, tu Christe guberna,
Fac vt sim massæ surculus ipse tuæ;
Hoc mirum fœdus semper mens cogitet, vno
Hoc est, ne dubita, fœdere parta salus.

ALIA de Matre Cananæa, Matth. 15.

Anno 1554.

Quantus erat dolor in Cananæa matre puellæ,
Cuius mens furijs exagitata fuit;

In tanto nunc est Ecclesia mœsta dolore,
Doctorum furias cum videt, atq; Ducum
Sed tu gnate Dei gemitus audito precantum,
Nulla venit nobis te nisi dante salus.
Tu procul à nobis sæuos depelle furores,
Et sanes verbo pectora nostra tuo.
Quamuis ira tui nos vrget iusta parentis,
Et sumus vt turpes nos rea turba canes,
Attamen vt timide sub mensa captat herili,
Esuriens modicas parua catella dapes:
Sic cum dira fames nostros absumserit artus,
De mensa petimus pabula Christe tua.
Gnate Dei generis nostri cum sumseris artus,
Nos gerat infirmos hæc tua massa precor.

IN CAPITE XVII. IOHANNIS, Verba Filij Dei ad æternum Patrem sunt hæc in agone dicta.

Anno 1556. *Sit dilectio tua in eis, qua me diligis, & ego in eis. Carmina reddita à Phil. Melanth.*

Nec tu Gnate Dei maius meliusuè rogare
Æternum poteras, optime Christe, patrem:
Quam quali σοϱγῇ semper te diligit ipse,
Diligas & simili nos ut amore pater.

Nec

Nec tribui nobis hoc poßit munere maius:
Quid nati poßet maius amore dari?
Non apud æternum facis irrita vota parentem,
Adfirmat iurans hoc pater ipse tibi,
Erga nos etiam es patrij tu pignus amoris,
Iussus pro nobis debita λύτρα dare.
Nos igitur quanquam sumus ægra & sordida massa:
Credimus ista tamen munera summa dari.
Confisiq; tua prece Christe pericula nostra
A summo petimus cuncta parente regi.
Tuq; tuo serues infirmos Numine, qui vis
In nostris viuens mentibus esse λόγος.

ALIA PRECATIO De initio noui anni. Anno 1557.

Ipse Deus sapiens verbo qui cuncta creauit,
Et certis annum legibus ire iubet:
Efficiat, nobis veniens sit faustus vt annus,
Et clemens dextra nos tegat ipse sua.
Et quoniam Gnatum misit, qui colligat agmen,
Cuius sit Doctor, Vita, Caputq; λόγος:
Hic λόγος æterno natus patre semper adesse
Et custos nobis & caput esse velit.
Viribus humanis non est Ecclesia tuta,
Regum præsidijs fortibus orba caret,
Sed nostram intueris cum miro fœdere massam,
Gnate Dei semper nos tua membra regas.
Et facias tecum nos vnum vt simus in æuum,
Vera laude tuus quo celebretur honos.

GRATIARVM ACTIO PRO
beneficio nati & exhibiti Christi.

Anno 1559. Omnipotens æterne Deus, qui cuncta creasti,
Nostra tibi grates, pectora, & ora sonant.
Quod genus humanum non dira in morte relinquis,
Effigiemq; tuam non perijsse sinis.
Sed gnatum donas, qui nostros induit artus,
τὸν λόγον ἀΐδιον πατρὸς ὑφιστάμενον.
Hic est promissus patribus cognomine Siloh,
Isacide gratos vt moriture doces.
Namq; erat hic χοιρίῳ similis, tenera, atq; cruenta
Fascia pro nobis victima quando fuit.
Cumq; sit Emanuel, non tantum crimina tollit,
Gaudia sed reddit non moritura pijs.
Semper adest nobis, semper sibi colligit agmen,
Æterni λόγος hic, vita & imago patris.
O res mirandas, mirando fœdere iuncta est
Humani generis languida massa Deo.
Credimus hæc tibi Gnate Dei, sic credere voci
Prolatæ ex patrio præcipis ipse sinu.
Sed tamen hæc fidei modica est scintillula, fiat
Auxilio petimus fortior illa tuo.
Ac veluti lucis radios Sol spargit in Orbem,
Tu sol iustitiæ nos rege luce tua.
Et non extingui patiare in pectore nostro,
Notitiamq; tui, notitiamq; patris.
Hospitiumq; tuæ doctrinæ protege Christe,
Emanuelq; tuo semper adesto gregi.

Pre-

PRECATIO.

[...]l λόγος æterni demissus ab arce parentis, Anna
Factus & humana victima carne fuit: 1559.
[...]est diuina sapientia tradita voce,
Quam verax testis comprobat ipse Deus.
[...]nta Dei bonitas, & tanta hæc fœdera cerni
Non possunt, doceas Tu nisi corda Deus.
[...]s autem agnosci λόγον, ac vt nuncius iret
Misisti, nobis pignus & esse iubes.
[...]e pater ipse simul vis, & tua munera sumi
Te tribuens nobis & tua dona, fide.
Ergo Gnate Dei nobis da Christe precamur,
Notitiam patris, notitiamq; tui.
Eq; tuo flammas in pectora spargito nostra,
Vt celebrent vero semper honore Deum.
Et tua sic concors, crescatq; Ecclesia, & vna
Voce tua laudes, & tua dona canat.

EX LVCA

24. Capite.

Vespera iam venit nobiscum Christe maneto,
Extingui lucem nec patiare tuam.

PRECATIO.

Σύμβουλον ἀγαθὴν καὶ ἀφορμὴν εὐτυχίαν, Anna
σύμβουλόν τε ἐμοὶ δὸς πατρὸς ἀΐδιον. 1536.

ALIA.

Οὐ θυσίαις ὁ θεὸς μᾶλλον δ᾽ ἢ τέρπεται ἄλλως,
ἢ διδαχῆς μελέτῃ εἰλικρινῆ τε λόγου.

τοὺς δ' οὖν Χριστὲ ἄναξ κραδίῃ δέχου ἵλεῳ ὕμνους.
ἡμετέρας δ' ἁγίῳ πνεύματι ἄρδε φρένας.

DISTICHON DE EXILIO *Christi & Ecclesiæ.*

Exul erat Christus, comites nos exulis huius
Esse decet, cuius nos quoq; cura sumus.

Subditus esto Deo & ora eum.

Subditus esto Deo, mandato munere fungens,
Et spera in miseris, & pete rebus opem.

Nemo nouit Patrem nisi Filius, & cui Filius volet reuelare, Matth. 11.

Nemo Patrem nouit nisi Filius, & quibus huius
Semina notitiæ Filius ipse dedit.

ITEM.

Vult adsertores laudum nos esse suarum,
Idq; magis poscit quam noua thura Deus.

EX PAVLO *1. Cor. 15.*

Non labor in Domino vester inanis erit.
ὑμῶν ἐν κυρίῳ οὐ κόπος ἐστὶ κενός.

IMAGO SOMNII.

Anno 1547. initio belli ciuilis in Germania.

Aiacem vidi stantem, iuuenilia membra,
Qui fului indutus pelle leonis erat.
Fraxineamq; hastam cum fortis dextra teneret,
Læuum ipsi clypei texerat vmbo latus.

[Q]uo magna boum dicuntur tergora septem
Artificis docta iuncta fuisse manu,
[A]l supra caput Aiacis mons eminet altus,
Floribus & læto gramine vbiq; virens.
[H]uius in excelso victor stat vertice Christus,
Vnicus æterno de genitore satus.
[S]igna gerens, reducem superata morte; triumphi
Qualia tunc comitum ferre caterua videt.
Huius sub pedibus medioq; in monte trophæum
Angelica crux est aurea fixa manu.
Multa quidem pauidæ simulachra fugacia mentes,
Quæ cæca volitant irrita nocte, vident.
Sed tamen hæc si non lusit fallacibus vmbris,
Talia sollicitos forsan imago monet.
Irati quamuis mouerunt tristia bella,
In sua grassantur viscera iamq; Duces:
Et iam ciuili patria est polluta cruore,
Iustaq; non sontes opprimit ira Dei:
Vt tamen in medijs laceratus naufragus vndis
Qui superest tabulæ colligit ipse sibi:
Sic aliquem eripiet coetum de fluctibus istis
Æterno Christus de genitore satus:
Estq; inter dubios mansura Ecclesia motus,
Vt victor Christus montis in arce stetit.
Flecte precor nobis iratum Christe parentem,
Qui vis pro nobis supplicis esse loco.
Et quam sparsisti prolatam e mente parentis,
Deleri vocem ne patiare tuam.

Doctrinaeq́ tuae studium, paruamq́ Sareptam,
Doctrinae hospitium protege quaeso tuae.
Et placidam clemens nobis concedito pacem,
Tuq́ ducum mentes, tu populiq́ regas.
Nemo meis manibus coetum mea dicta colentem,
Sic inquit tua vox, eripuisse potest.
Haec promittit opem nobis, & pectora, vt à te
Ausint auxilium poscere, nostra mouet.
Vt serues igitur, votis te ardentibus oro,
Agmina quae legis sunt studiosa tuae.
Semper vt agnitio mortales luceat inter,
Mansura aeterno tempore, vera tui.

DE DICTO IOHAN. BAPTIstae, *Non potest sibi homo sumere quicquam, nisi datum sit ei à Deo, Iohan. 3.*

Nullius est felix conatus & vtilis vnquam,
Consilium si non deiq́ iuuetq́ Deus,
Tunc iuuat ille autem, cum mens sibi conscia recti,
Mandati officij munera iusta facit.
Et simul auxilium praesenti à numine Christi
Poscit, & expectat non dubitante fide.
Sic procedet opus faustum populisq́ tibiq́,
Nauis & aura tuae vela secunda vehet.
Inuictamq́ DEI Dextram vis nulla repellet,
Omnia coguntur cedere prona Deo.

a etiam, quamuis Adamanti incisa feruntur,
Cum petimus, cedunt fata seuera Deo.
ce Deus est Numen Parcarum carcere clausum,
Quale putabatur Stoicus esse Deus.
pse potest solis currus inhibere volantes,
Ipse velut scopulos flumina stare iubet.

CARMEN QVO SOLENT PVeruli ad studium literarum in Scholam euocari, die Gregorij circa aequinoctium vernum.

Vos ad se pueri primis inuitat ab annis,
Atq; sua Christus voce venire iubet,
Premiaq; ostendit vobis venientibus ampla,
Sic vos ô pueri curat, amatq; Deus.
Vos igitur laeti properate occurrere Christo,
Prima sit haec Christum noscere cura ducem.
Sed tamen vt Dominum possis agnoscere Christum,
Ingenuas artes discito parue puer.
Hoc illi gratum officium est, hoc gaudet honore,
Infantum fieri notior ore cupit.
Quare nobiscum studium ad commune venite,
Ad Christum monstrat nā Schola nostra viam.

DE ANGELIS
Sapphicon.

Dicimus grates tibi summe rerum — Anno 1543.
Conditor, Gnato tua quod ministros

Flammeos finxit manus, Angelorum
Agmina pura.
Qui tuæ lucis radijs vibrantes,
Te vident lætis oculis, tuasq;
Hauriunt voces, sapientiæq;
Fonte fruuntur.
Hos nec ignauum sinis esse vulgus,
Nec per ingentes volitare frustra
Ætheris tractus, temere nec inter
Ludere ventos;
Sed iubes Christo comites adesse,
Et pios cœtus hominum tueri,
Qui tuas leges venerantur, atq;
Discere curant.
Impijs ardens odijs, & ira
Nam tuis castris Draco semper infert
Bella qui primus scelus, atq; mortem
Intulit orbi.
Hic domos, vrbes, tua templa, gentes,
Et tuæ legis monumenta tota,
Et bonos mores abolere tentat
Funditus omnes.
Interim sed nos tegit Angelorum
Quæ ducem Christum sequitur, caterua,
Atq; grassantis reprimit cruenta
Arma Draconis.
Angeli Lothon Sodomæ tuentur,
Inter infestos Elisæum hostes

Angel

ngelis cinctus nihil extimescit
Bellica signa,
tutus est inter medios leones
Angelis septus Daniel Propheta,
Sic tegit semper Deus his ministris
Omnia nostra.

Hoc tuum munus celebramus vna,
Et tibi noster chorus Angelisq;
Gratias dicunt simul accinentes
Conditor alme.

Et tuo templo vigiles vt addas
Angelos semper, populoq; Grati
Qui tuum verbum colit obsecramus
Pectore toto.

AMEN.

DE S. IOHANNE BAPTISTA, Anno 1544. Iambicum Dimetrum.

AEterno gratias patri
Omnes canant Ecclesiæ,
Quod nuncium verbi sui
Iohannem nobis miserit.
Hic mores exui malos
Iussit, metuq; Iudicis
Mox adfuturi terruit
Superbas mentes omnium.
Rursusq; perculsos metu,
In spem vitæ certam vocat,

Et monstrat agnum digito
Qui placat vnicus Deum.
Hec ille firmo pectore
Docet, & Christum predicat
Venire, ceu Solem nouum,
Prodire aurora nunciat.
Nec Pharisei spiritum
Fregerunt ingentem viri,
Helias alter hic fuit,
Hypocritas tunc arguit.
Te summe rogamus pater,
Vt corda nostra suscites,
Vt verè poßint credere
Iohannis testimonio.

Anno 1544.

ALIVD DE MARIA DEI genetrice visitante Elisabeth.

AEterne gratias tibi
Dicamus omnes conditor,
Quòd inter hostes plurimos
Ecclesiam seruas tamen.
Vt inter arma gentium
Herodis, & satellites,
Interq; tetros dogmatum
Furores, & deliria.
Seruas Mariam virginem:
Domumq; castæ Elisabeth,

ne prædicant munus tuum
atumq; Christum nunciant.
Non Pontifex non Princepes,
Etsi sciunt oracula
Vatum, venisse nouerant
Salutis authorem noue.
Sed dulcis hæc Elisabeth,
Et virginis congreßio
Arcana promit cæteris
Vere Deum colentibus.
Aluoq; fœtus conditus
Longo sacerdotum agmini,
Agnoscit ignotum ducem,
Adorat & gestu suo.
Hæc prima synodus fuit,
Testata de Christo duce,
Posquam statuto tempore
Verbum Patris factum est Caro.
Accensa testimonijs
In corde nostro talibus,
Colat fides & inuocet
Christum Mariæ filium.
Opemq; spe firma petat,
Missumq; credat à Patre,
Vt inuocantes adiuuet
Malisq; cunctis liberet.
AMEN.

Qu DE

DE CONIVGIO: SCRIptum in nuptias clarißimi viri Iohannis Cratonis artium & Medicinæ Doctoris in inclyta urbe Vratislauia Silesiorum Metropoli, Anno M. D. L I X. die Septembris.

Ephesios 5. Mysterium hoc magnum est &c.

Pectus ut in sponso flammarum incendia sentit,
Qui vero sponsæ flagrat amore suæ:
Naturam sociam vero sic diligit igne:
Filius æterno de Genitore satus.
Induit humano quam fœdere, quo sibi nostrum
Fraterno pariter iunxit amore genus.
Iura thori Deus exemplum cum fœderis huius
Esse velit, castè præcipit ipsa coli.

DE ΣΤΟΡΓΗ.

Coniugis in labris quoties dulcißima figis
Basia, purpureis filiolisq; genis:
Istius ipse Deus transfudit semina amoris,
Non temere in sensus castaq; corda patrum.

IN PAVLVM.

Non sic Dædaleus Christum pinxisset Apelles,
Vt sacer hunc Paulus exprimit ore pio.

Item

Item Græce.

Ἀκὲ δαιδάλεος ὃμ χριςὸμ γράψαι ἀπειλῆς,
ἔνδεος ὡς παῦλος τῶν δ᾽ ἐχάραξε λόγων.

IN COMMENTARIVM EPIstolæ Pauli ad Romanos à Philippo scriptum

Doctrinam ex Pauli sumas scaturigine lector,
Sed liber ad fontes hic tibi monstrat iter.
Sic λόγον æternus misit Pater, vt sua dicta
Nobis ambiguos non velit esse sonos.
Ergò velim propriè cœlestia dicta referre,
Nec cœnum inspersum fontibus esse velim;
At mentes hominum caligo obducit, vt extra
Rectam discedant lapsæ aliquando viam.
Sed tamen errantes reuocat censura piorum
Et monitis paret mens pietatis amans.
Iudicijs igitur lectorum posco moneri,
Censuræ candor si modo iunctus erit.
In Christo semper nos vna Ecclesia simus,
Vna fides iungat pectora, & vnus amor.
Vult Deus esse vnum sibi nos iunctosq; tuetur,
Distractis rabies mutua vtrinq; nocet.
Iunxisti vt massam tibi nostram Christe Redemtor,
Æterno sic nos fœdere iunge tibi.

IN DISPOSITIONEM
Epistolæ ad Romanos, ad D.
Iustum Ionam.

Visa obscura prius multis oratio Pauli est,
Omnis ubi series, unus aceruus erat.
Singula sed postquam sunt ordine membra retexta,
Dispositæ clarum res modò lumen habent.
Commendatus erit tibi Iona diserte libellus,
Est breue, sed magni grande laboris opus.

IN CARMEN EBERHARDI
Lethmanni.

Lex diuina tibi vitæ sit regula semper,
Sitq; tibi potior quam tua vita, Deus.
Eripiantq; tibi vitam prius arma Tyranni,
Quàm sanctam legem, Iustitiæq; decus.
Non hic ex cæcis Atomis venit ordo perennis,
Sed monet esse Deum, Iudiciumq; Dei.
Est Deus humano spargens in pectore lucem,
Notitiam iusti, notitiamq; mali.
Item etiam vindex cunctorum iudicat acta,
Obruit & pœnis ipsius ira malos.
Hæc etiam ostendit Caracallæ pœna Tyranni,
Carmine quam recitas docte Eberharde tuo.

IN IMAGINEM
Christophori.

Ista

...iæ mentis formam tibi monstrat imago,
Quæ Christum vera cum pietate colit.
...t velut in medijs incedit fluctibus Heros,
Qui non magnum humero, sed graue gestat onus:
... & multa pios discrimina oportet adire,
Qui verbum portant maxime Christe tuum.
...nnia destituunt iustos solatia, nemo
Auxilium tristi tempore ferre solet.
...u quoq; deseruisse tuos ô Christe videris,
Sunt etiam quæ te posse iuuare negent.
...oc est cur pueri sis pictus imagine: namq;
Conuenit infirmis ista figura magis.
...u quoq; lapsantes interdum deprimis ipse,
Irasci quoties te sibi velle putant.
Sustentat tamen, & præbet solatia Verbum,
Ergò arbor gressus arida facta regit.
Hæc tamen in florem rursus sese induci arbor,
Reddet enim iustis præmia digna Deus.
Ille senex lumen qui præfert, doctor habendus,
Errantem vt monitis rite gubernet, erit.

DE MONARCHIIS EX
Daniele Propheta.

Anno 1557.

Aspicis vt iaceant disiecti membra colossi,
Qui Chaldæa olim visus in arce fuit.
Stat tantum pars ima pedum ferroq; lutoq;
Mixta, statim rimis corruitura suis.

Dele-

Deleuêre vrbes Turci, populosq; potentes:
Sunt igitur ferrum, cætera regna lutum.
Sed lapis absq; manu celso de monte reuulsus
Mox aderit iudex Filius ipse Dei.
Totius & plantæ delens ferrumq; lutumq;,
Regna dabit populo non peritura suo.
Ergò Dei Gnato se dedant pectora nostra,
Ipsius & discant iussa verenda sequi.
O λόγε Gnate Dei nostris in mentibus adsis.
Et flatu ascendas pectora nostra tuo.

PETENDVM VT SImus vnum in Christo.

Anno 1557. In tristi sudans quod poscit agone cruorem
Æterno Christus de genitore satus.
Semper concordes, vnumq; vt simus in ipso:
Cum Christo nostra hoc vota animiq; petant.

AD STVDIOSAM IVuentutem pro felici anni auspicio.

Anno 1559. Vere Deus, sapiens, verbo tu cuncta creasti,
Et certis annum legibus ire iubes.
Cumq; velis pulcri metæ spectentur vt anni:
Miranda Solis tu regis arte vias,
Effice vt iste tuo nobis sit numine felix
Annus, qui nouus hoc incipit esse die.

acem, vigeantq; bonæ te præside leges,
Ac Euangelij nos rege luce tui.
rmum scis esse gregem, qui dogmata discit,
Viuifica grati tradita voce tui.
sis in nobis igitur custosq; paterq;,
Nulla venit nobis Te sine dante salus.
t quia tu legum fons pulcri ac ordinis autor
Et Deus, & custos legitimi imperij:
ERNANDO tribuas longa & felicia regni
Tempora da sanctus sit pater vt patriæ.
Succedit fratri frater tibi CAROLE, cuius
Virtutem semper secla futura canent.
Vicisti quoties, bonitas tua leniit iram,
Ne bellum possent tristia plura sequi.
Ex auro frenos dat Pallas Bellerophonti,
Seruet, & in bellis cum ratione modum.
Par bonitas fratri est, qui parcere ciuibus optat,
Et contra Turcos qui pia bella gerit.
Quos procul à nobis depellas Christe precamur,
Bellaq; nemo domi seditiose gerat.

Aliud Carmen, quod est prefatio & exhortatio ad doctrinæ studia & inuocationem. *Anno 1559.*

Effundam flatum, dicis, Dauidis in agmen,
Christe, Euangelij qui solet esse comes.
Gratia magna Dei docili vt notißima fiat,
Vt q; prece accedat non dubitante Deum

Mentibus & petijsse iubes hoc munus anhelis,
Teq; audis iuras hoc dare velle bonum.
Ergò voce tua confisi Christe precamur,
Aura Euangelij sit comes ista tui.
Luceat in nobis, & iustæ pectora nostra
Adsimilet Legi, quæ data voce Dei est.
Te verè, æternumq; patrem vt cognoscere poßim,
Et motus habeant, quos tua verba docent.
Hæc nos flamma tibi iungat, summoq; parenti,
Ipse sit in nobis iam noua vita Deus.
Non sine doctrina venit hæc in pectora flamma:
Disce igitur studijs & pia vota iuues.

DE COMMENTARIO EPIstola ad Coloßenses, ad Matthiam Pannonium.

Paulus ad exiguas quæ misit scripta Colossas,
Aspera nobilium quas tenet ore Phrygum:
Exposui, vt rudibus sententia planior esset,
Et facilis fieret lectio, grata magis:
Non ego præstigijs inuoluo sophismata cæcis,
Namq; pios non hoc ludere more decet.
Non aliam sensit grauiorem Ecclesia pestem,
Nec res vlla magis perniciosa fuit:
Quàm structæ insidiæ verbis, confusaq; dicta,
Turpiter & fuco dogmata mixta nouo.
Quare doctrinam Christi sine fraudibus vllis
Explico, & vt prosim, maxima cura mihi est

Hic

quoq; collegi res, vitæ & moribus aptas,
Non igitur munus spernito quæso meum.

Anno 1541. Ratisbonæ quæ est Augusta Tiberina.

COLLATIO DE IMPOSITIONE manuum in dedicando Sacerdote, & dedicanda victima.

Mos vetus, & prima deductus origine mundi,
Traditus & sancta relligione patrum,
Sacrifici manibus pecudis contingere frontem,
Hostia quæ pura est iam facienda Deo,
Norma sacerdotem similis cur dedicat ipsum,
Imposita cur sit sanctus & ipse manu?
Testatur ritus puram esse, Deoq; dicatam,
Ante aras pecudem quæ ferienda cadet.
Sic inculpatum mos hic iubet esse ministrum,
Qui iam Doctoris munus obire volet.
Non aliquo sit mens polluta errore prophano,
Vitaq; ad exemplum crimine tota vacet.
Addictusq; Deo diuina oracula tradat,
Officij metas norit & ille sui.
Lege datos fasces alijs permittat habendos,
Nec rector trepidi gestiat esse fori.
Non fulgi frenos populari deditus auræ,
Nec morum laxet vincula grata Deo.
Nolit ad adfectus regum, cæcosq; furores
Flectere ceu turpis iuraq; fasq; Gnato,

Quiq; manum imponit rectoris nomine summi,
Semper vt huic curet subditus esse iubet.
Doctrinam, moresq; regant cœlestia dicta,
Et noua non ausit condere iura sibi.
Heu quantum rerum molem, quæ pondera Doctor,
Infirmis humeris ille gerenda subit!
Seu cupidas Regum mentes frenare studebit,
Seu populum ad mores vult reuocare bonos,
Numina seu conficta dolo detrudet ab aris,
Impia Pontificum diminuetq; lucra.
Seu fictam monachis personam detrahet, atq;
Asseret æterni dogmata vera Dei.
Quas feret ærumnas furijs agitantibus hostes?
Tollere qui è medio tale Catharma volent,
Sic etiam Doctor sincerus victima fiet,
Assiduéq; litat sanguine & ipse suo.
Ecce tenes causas, cur ritus dedicat idem,
Et pecudem & mysten qui pia sacra facit.
Ista sacerdotis Christi verissima imago est,
Muneris huic detur gloria prima sacri.
Hic sine labe fuit, claraq; in luce parentem
Et videt, & vero semper honore colit.
Huic Deus ipse manum imposuit, iussitq; docere
Arcana æterno dogmata prompta sinu.
Hunc pressere manus & iussa seuera parentis,
Supplicio vt lueret crimina nostra suo.
Hunc licet inferior, comitatur cætera turba,
Officij titulum cui dedit ipse sui.

Vult

Vult Euangelij custodes semper haberi,
Militia socios semper & esse sue.
Cùm maior vocat hos Ecclesia nomine Christi,
Mandat & imposita munera sacra manu:
Admoniti discant istius imagine ritus,
Hic ordo quantum polliceatur opus.
Vt pecus ante aras quondam sacrata cadebat,
Tosta Deo vt fierent viscera suauis odor:
Victima sic etiam Christo fit quisq; sacerdos,
Laudibus vt fragrent terra, polusq; Dei.
Talis Abel tenerum pure mactauerat agnum,
Agnus at exitio mox datus ipse fuit.
Consilio patrias Esaias rexit habenas,
Et trepidis portus ciuibus ille fuit.
Depulit Assyrium Solymis à mœnibus hostem,
Victori ponens clara trophea Deo.
Iamq; senex centum vitæ confecerat annos,
Cum serra scissus victima & ipse fuit.
Nemo potest memorare omnes, spectabimus omnes,
Cum Deus induerit corpore quemq; nouo.
Talia sed quædam prodest exempla tenere,
Non Baptista igitur prætereundus erit.
Hic Euangelio monstrato tradidit Agno,
Placatum nobis qui facit esse Deum.
Et Pharisæorum taxant deliria, ritus
Fucosos vetuit pro pietate sequi.
Iustificamq; fidem docuit Iordanis ad vndam,
Et rupes Gnatum iam sonuêre Dei,

Sordibus humanis Lex obscurata iacebat,
Huic etiam lucem reddidit ille suam.
Congrua descripsit ciuilis munera vitæ,
Iuraq; militibus, iudicibusq; dedit;
Atq; fidem iussit lucere in rebus agendis,
Notior vt fieret gloria vera Dei.
Coniugij sancit legem, damnatq; Thyesten,
Vxorem, fratris qui rapere ausus erat,
Quare Baptistam crudelis adultera perdit,
Qui moriens veluti victima cæsa iacet.
Notitia Christi Stephanus, non sanguine Tauri
Restitui vitæ dona perennis, ait.
Concio Pontifices ingrata accendit auaros,
In caput vt iacerent aspera saxa viri.
Vtq; alios multos sileam, fit victima Paulus,
Eoo Christi nomen ab orbe gerens,
Et dum sex lustris terraq; mariq; vagatur,
Ac Euangelium spargit vbiq; Dei:
Et negat extingui mentem diuinitus ortam,
Corporis è vinclis quando soluta fugit.
Proponensq; malis pœnas & præmia iustis
Arbitrio vero distribuenda Dei;
Iustitiam monstrat, quam Christi propter honorem,
Æternus nobis dat pater, atq; probat.
Interea pugnæ, pugnisq; pericula iuncta,
Tam longo exercent tempore mille virum
Dum tandem ferienda dedit sua colla Neroni,
Et iacuit tanquam vile cadauer humi.

Noſtra etiam vidit quanquam infelicior ætas,
Qui vitæ Chriſtum præpoſuêre ſuæ.
Hic vbi diuiſo Batauorum eſt inſula Rheno,
Syduaniam in ripa dure Sicamber habes.
Hæc tulit Heinricum ciuem, quem vidimus ipſi,
Florentem ſtudijs, ingenijq; bonis,
Hic toto Chriſti ſpirabat pectore amorem,
Cui ſtuduit vera reddere vota fide,
Eximiaq; ſuos mores pietate regebat,
Virtutum exemplum poſſet vt inde capi,
Quicquid id eſt, quod de natura Græcia ſcripſit,
Artibus excultus norat & ille bonis.
Quas teneat metas dum totum perficit annum,
Aureus obliquo Phœbus in orbe means,
Longius à terra cum ſummo tardus in axe
Voluitur arentes cur premit æſtus agros,
Cur quoties imo velocior ibit in axe
Et propior terræ, frigida Bruma venit,
Hæc ita contemplans autorem, agnoſcere iuſsit,
Et pura grates dicere mente Deo,
Hæc ait oſtendunt nobis illuſtria ſigna
Æterna mundum non ſine mente regi.
Altera ſed potior fuit illi cura tenere,
Extant quæ nobis tradita voce Dei,
Hoc Doctore iterum Bremenſi inclaruit vrbi
Vnius Chriſti munere parta ſalus.
At quia diuinos ſtatus detraxit honores,
Exitium Monachi qualibet arte ſtruunt.

His furijs mitra ornatus dedit arma Tyrannus,
Qui tandem oppressum non procul vrbe necat.
Heu cur tam subito orbata est Ecclesia tali
Lumine quo posthac debuit illa frui.
O dilecte mihi ante alios Henrice, laboris
Nunc partem nostri te tolerare velim.
Talia preconum quamuis sunt fata piorum,
Membra iacent sæuis & lacerata modis:
Non perire tamen, sed habent commerita læti
Cum Christo viuis agminibusq; patrum.
Huius, cum stanti tibi frons tangetur ad aram,
Te fieri socium noueris ipse chori.
Pontificemq; scias tibi Christum imponere dextra,
Poscenti vires & dare velle nouas.
Proh quanto à falsis mystæ discrimine veri
Distant, hoc etiam nos meminisse decet.
Nemo potest vnquam censeri iure sacerdos,
Contra Euangelium qui fera bella gerit.
Quiq; furens audet noua fingere Numina, quiq;
Sacra facit nulla tradita voce Dei.
Tales sacrifici celebrabant Orgia Baccho,
Errantis cum thyrsis ebria turba suis.
Et Salij Martis tales ignota sonabunt
Carmina cum gererent scuta vetusta manu.
Sacrificos similes creat & nunc Roma prophana,
Qui propter ventrem numina falsa colunt.
Hos fuge, & à veris Christi discerne ministris,
Pure Euangelij qui pia iussa docent.

Deniq;

Deniq; vota pij faciant, summumq; parentem
Assiduis precibus, quod iubet ipse, rogent.
Vt populum per quem vero celebretur honore,
Augeat & semper protegat, atq; regat.
Fœlicesq; duces addat, doctosq; ministros,
Larga Euangelij messis vt esse queat.
Arceat & Christi grassantem dextra Draconem,
Ne ferus humanum deuoret omne genus.
Seruat opus Pater æternus quod condidit, atq;
Notitiam extingui non sinat ipse sui.

PAVLVS EBERVS,
ex Esaiæ 49.

Num poterit mulier curam deponere Nati?
Vt sobolem mater negligat ipsa suam?
Pone, quod eueniat, genitrix vt exuat omnem
Affectum mulier, sæuior illa feris:
Ipse tui nunquam tamen obliuiscar in æuum,
Inq; mea tua sunt nomina scripta manu.

PHILIPPI MELANTHONIS EPIGRAMMATUM Liber secundus.

Norimbergæ anno 1525.

De consideratione humani corporis.

Non casu volucres Atomi sine mente ruentes
Hanc mundi formam progenuere nouam:
Formatrix sed mens sapiens ac optima mundi est,
Consilio seruans condita cuncta suo.
Quæ clara impreßit paßim vestigia rebus,
Conditor agnosci poßit vt inde Deus:
Nosse vias numerorum ac ordinis, atq; tenere
Immotum recti iudicium, atq; mali:
Non hæc ex cæcis animis sapientia venit,
Verum est naturæ prospicientis opus.
Sic etiam positus cœli, terræq; perennes,
Quodq; trahunt certæ sidera cuncta vices:
Testantur vere Numen sapiensq; bonumq;
Esse, quod has leges condidit atq; regit.
Sic non humano concreta in corpore membra
Sponte sua, & casu nata sine arte putes.
Singula consulto certos distinxit ad vsus,
Cum templum vellet nos Deus esse sibi.
Diuina in cerebro radios sapientia spargit,
Cum Verbo mente, luce suaq; regit.
At cor iustitiæ domus est, sentitq; dolores,
Cum punit sontes vindicis ira Dei.
Afflatuq; Dei purgatum gaudia sentit,
Et vita fruitur non pereunte Dei
Formatum ad tantos corpus cum videris vsus,
Factorem agnoscas & venerere Deum.
Ipsius & templum non labes vlla prophanet,
Pollutum abijciat ne grauis ira Dei.

Solonis

SOLONIS ELEGIA CITATA à Demosthene, de caussis quæ adferunt exitium regnis, & magnis ciuitatibus, conuersa à Phil. Melanth.

Non vrbem superi cupiunt euertere nostram,
Et nobis, nisi sint Numina læsa, fauent.
Ac nostræ custos arcis Tritonia Pallas,
Perpetua cura mœnia nostra tegit.
Ipsi sed patriam sceleratis mentibus vltro
Conantur ciues dilacerare suam.
Nam precio quidam vendunt legesq; fidemq;
Aurum qui nullo iure modoq; petunt.
Sæuitiam exercent, & tristia crimina cædis,
Induat vt iustus ciuibus arma dolor.
Pars studet & sancire domestica damna rapinis,
Exhausit patrias cum male luxus opes.
Diripiuntq; vrbis patrimonia publica nostræ,
Et sibi diuitias viq; doloq; parant.
Et non iustitiæ formidant numen & iram,
Consilijs superum quæ Dea semper adest.
Hæc oculis cernit vigilantibus omnia facta,
Nemo putet falli Numina posse Deum.
Et quamuis pœnis differt aliquando, tacetq;:
Mente tamen memori facta nefandæ notat.
Exigit & tandem pœnas non regna nec vrbes
Effugiunt clades quas meruêre, graues.

Hinc vrbs diuitijs quondam, imperioq; superba,
Seruitij patitur tristia iura modo.
Aut rabidi ciues in mutua vulnera stringunt
Exorta gladios seditione suos.
Aut validos hostes sine causa forte lacessunt,
Sopitumq; mouent quod fuit ante malum.
Namq; vrbs, quæ socios iniustis prouocat armis,
Mox ruet, & subitis est peritura modis.
Casibus his validæ gentes delentur & vrbes,
Pro spreta pœnas quæ pietate luunt.
Et si qui patriæ excidio fortasse supersunt,
Posthac fata illos non leuiora manent,
Extorres, sine spe, sine sede, inopesq; vagantur,
Aut emti precio vincula dura gerunt.
Sic partem fert quisq; suam cum publica clades
Incidit, & prohibet ianua nulla malum.
Non latebræ quenquam fugientem abscondere possunt,
Intrant in thalamos publica dãna tuos.
Hæc moneo ciues, nec fabula ficta putanda est:
Leges atq; Deum spernere, crede, nocet.
Sed placidam retinet pacem reuerentia Iuris,
Peccanti quæ non parcere lenta solet.
Hæc prohibet turpem luxum, frenatq; rebelles,
Crescere nec patitur semina sparsa mali.
Iudicis emendat fraudes, violentaq; facta,
Nasci inter ciues dißidiumq; vetat.
Deniq; vita hominum tranquilla et honesta manebit,
Seruandi leges dum pia cura manet.

DE OPPIDO TORGA, QVAE in tabulis Ptolemaei existimatur esse Argelia.

Anno 1552.

Vrbs vetus est gentis Mysorum nomine Torga,
Hic sita vbi flauis labitur Albis aquis.
Quae fausta quondam dicta est Argelia voce,
In tabulis veterum ceu monumenta docent.
Nec vocem Graecam terris miremur in istis,
Ionicae genti Mysia mixta fuit.
Forsitan ista fuit Dominorum regia sedes,
Hinc solare iubar nomina clara dedit.
At quamuis vrbes fatalia tempora mutant,
Et coelum patria est vnica firma pijs:
Hic vbi semper erit Deus omnia in omnibus idem,
Luce sua mentes iustitiaq; regens:
Motibus in tantis tamen haec Argelia restat,
Possidet & decus hoc de bonitate Dei.
Lux Euangelij quod in ista spargitur vrbe,
Cum qua semper adest Filius ipse Dei.
Istius hic vrbis Sol est, hic colligit agmen,
Iustitiae radios cui dat habere suae.
Donat & aeternae cunctis exordia vitae,
Iustifica accipiunt qui bona tanta fide.
Hic populi frenat legum reuerentia mores,
Et censura grauis turpia facta notat.
Adde quod imbuitur doctrinae lacte iuuentus,
Et legit a summo tradita scripta Deo.

Haec

Hæc teneris animis ostendit lectio Christum,
Et noua Virtutum semina sparsa fouet.
Saxoniæq; aliquot Ducibus nascentibus ortu
In primo hospitium Torga fidele dedit.
Fridericus sapiens princeps hac natus in vrbe est,
Promeruit patriæ qui pater esse suæ.
Consilio qualis Nestor fuit inter Achiuos,
Teutonicis ducibus Nestor & iste fuit.
Et cum doctrinæ lucem renouare Lutheri,
Cepisset scriptis Filius ipse Dei,
Istius pietas tutam & moderatio sedem
Concessit studijs docte Luthere tuis.
Nomina quiq; tenet patris, patruiq; Ioannes
Fridericus Torgæ natus in arce fuit.
Cui quanquam eripuit patriam sors aspera belli,
Non procul hinc Cæsar cum sua castra locat.
Non tamen eripuit virtutem & pectus honestum,
Et, qua Gnate Dei Te colit ipse, fidem.
Ergo & iudicio victoris digna fauore est
Ipsius virtus, nescia mensq; doli.
Sponte sua libertatem qui reddidit ipsi,
Hoc quantum decus est Ian Friderice tibi?
Ah tandem lacrymæ vincant pietate fluentes,
Vt Dominæ reddas optime Christe virum.
Exilij numerans quæ iam contabuit annos,
Dulichij coniunx ceu generosa viri.
At viuit tamen & superat longe Icariotin,
Confidit tantum nam bonitate tua.

Redde

Redde patrem Natis sic expectantibus ipsum,
Vt vult Telemachus possidere patrem.
Qui reliquos fratres annis praecedit & ipsi
Nascenti hospitium Torga fidele dedit,
Hanc vrbem, totamq; oram tua dextera seruet,
Semper & hic coetum collige Christe tibi.

AD STVDIOSAM Iuuentutem.

Anno 1539. Francofordiae ad Moenum,

Si decus Ausoniae linguae retinere studetis
Si cupitis recte verba latina loqui,
Cura sit à teneris Vatum cognoscere scripta,
Eloquij fontes hos sciat esse puer.
Horum pectoribus motus Deus indidit acres,
Sublimemq; dedit Musa canora sonum.
Verum non satis est legisse poemata tantum,
Accedat studijs altera cura tuis,
Vt doctis digitis exempla effingere certes,
Cogere & in numeros verba soluta nouos.
Hic labor ingenij vires acuitq; fouetq;,
Hinc venit eloquij copia, forma, nitor.
Hoc si languescet studium, si ignara iuuentus
Non perferre volet taedia longa styli:
Hei mihi quae clades reliquas iterum obruet artes
Barbaries tenebras inuehet atra nouas.
Ad Vates igitur docilis reuocanda Iuuentus,
Hinc sibi sermonis lumina clara trahat.
Et quanquam oblectent numeriq; soniq; legentem:
Rerum animos grauitas plus tamen ipsa capit.

Natu-

Naturam rerum totam finxêre Poëtæ,
Et morum quæ sit norma sequenda, docent.
Hi monstrauerunt coeli fastigia primum,
Non mergenda mari quæ Cynosura notat.
Vt teneant metas errantia sidera certas,
Signifero Phœbi quæ sit in orbe via.
Tardior æstiuo cur Phœbus in axe vehatur
Cum superat noctis tempora longa dies.
Brumaq; cur noctes extendat frigida, quando
Ima tenet celeres orbita solis equos.
Lumine cur careat cum Soli proxima Luna est.
Et medio fratrem cur tegat ipsa die.
Vt Lunam inuoluat tellus ingentibus vmbris,
Et vetet opposito lumine posse frui.
Quasq; vices seruent orientia sidera coelo,
Et quo discedant ordine mersa mari.
Quæ stellæ diros moueant, vrantq; Cometas,
Ac flammis istis suppetat vnde vapor.
Ne causas recitant tantum, sed fata Poetæ
Describunt, nec temere ista monent.
Esse Deum rerum autorem testantur, & istum
Mentibus humanis hæc dare signa ferunt.
Cui non res libeat studiose inquirere tantas?
Dura nisi cui mens est Adamante magis.
Has complectuntur Vatum monumenta bonorum,
Quantum ipsas homini cernere posse datur.
Ergo dexteritas, & docti cura Mycilli
Ad Musas lector cum tibi monstret iter:

Hoc

Hoc duce Parnaßi celsas ascendito rupes,
Et tua doctrina fontibus ora riga.

IN EPICEDION MELCHIoris Acontij de Erasmo Roterodamo scriptum. Anno 1538.

Quamuis ingrata est hominum natura, nec vnquam
Reddere pro meritis præmia iusta solet,
Nulla tamen laudes ætas abolebit Erasmi,
Non omnino mori gloria vera potest.
Scriptorum vtilitas ingens fastidia vincet,
Et mixtæ Charites & nitor atq; lepos.
Non aliena augent igitur præconia famam,
Æternum peperit nam decus ipse sibi.
Sed tamen est pietas meritis hunc reddere honorem,
Et grata munus voce referre datum.
Hoc animo carmen facundus Acontius edit,
Quo celebrat laudes Roterodame tuas,
Non vena indigna est, quæ magnum canitet Erasmum,
Officij laudem sed magis ille petit.

DE INGRATITVDINE Hominum. Anno 1545.

Sunt homines, humeris quos si quis gestet ad vrbem,
Ausoniam, domiti quæ caput orbis erat,
Nec tamen ad portam placide deponat eosdem,
Gratia præteriti nulla laboris erit.

ITEM.

Ingrato cuculus nutricem deuorat ore,
Et miseræ pietas officiosa nocet.
Hei mihi quam scelus hoc imitantur sæpe volucres,
Pectora queis Cygno candidiora putes.

DE ECCLIPSI LVNAE QVAE erat die 28. Octobris Anno 1547.

Certa Deus toti impreßit vestigia mundo,
Agnosci sapiens conditor vnde queat.
Nec natas casu res esse, ars iudicat ipsa,
Stellarum motus quæ regit atq; vias,
Esse Deumq; docet menti lux insita nostræ,
Separat à factis quæ vitiosa bonis.
Conscia corda Dei cum iustam vindicis iram
Quolibet admisso crimine mœsta tremunt.
Et semper culpam pœnæ comitantur atrocem,
Et si sera, tamen præmia laudis erunt.
Non vrbs,non regio, non ætas vlla seueri
Iudicij exemplis, non domus vlla caret.
Ac Deus vt flectat nos ad meliora, stupendis
Incautos signis præmonet ipse datis.
Sæpe timent aliquem conterrita sidera casum,
Sæpe ingens tellus ceu ruitura tremit.
At quos nulla mouent venturæ nuncia pœnæ,
Cyclopum similes forsitan esse volent.
Sponsi Penelopes minitantia numina rident,
Cum cernunt tota tristia spectra domo.

Cumq;

Cumq; madent tetro sudantia saxa cruore,
Et subitum Phœbum Cynthia nocte tegit,
Mox tamen hunc risum Sardoum pœna secuta est,
Qualis contemti Numinis esse solet.
Nos igitur moniti tollamus lumina ad astra
Non aspernantes signa verenda Dei.
Hesperias Phœbus cum cras mergetur in vndas,
Luna tenebrosum proferet atra caput.
Postq; dies aliquot cum iam decreuerit Orbis,
Venit & ad fines cum Nepa, Luna, tuos:
Horrenda inuoluet fratris caligine vultus,
Cum iam de cœli culmine ducet equos.
Et simul in tenebras incurrent Marsq; Venusq;
Callidus & fraudum structor Atlantiades.
Heu mihi quos motus populi, quantosq; furores,
Portendunt tetro, sidera iuncta loco?
Hæc licet astra regant homines, regit attamen astra
Noster, qui non vult Stoicus esse Deus.
Nos igitur quibus est afflicta Ecclesia curæ,
Assidue oremus supplice voce Deum:
Leniat vt clemens hæc tanta pericula nobis,
Et sanet populi vulnera sæua sui.

De Eclipsi die Lunæ, 24. Ianuarij
Anno &c. 44.

Obscura donec tegitur caligine Phœbus,
Vsuram nec dat luminis ipse sui:
Auditor luctu veros ostende dolores,
Vtq; Deus pœnas mitiget, adde preces.

Omittenda igitur nunc est prælectio nobis,
Cras vero vt redeat lætior hora precor.

Anno 1555

GIGANTES CLAMORE Asini dissipati.

Impia cum ruerent Titanes in arma furentes,
Conati æthereis profodere ense domos:
Iupiter vt patrijs depelleret arcibus hostes,
His tamen incussus nec pauor inde foret:
Mentitis imitans Pan AEgocerota figuris,
Terruit hac specie grandia monstra truci.
Sed neq; tunc fracti bello cessêre Gigantes,
Bacche tum vector donec Asellus abest.
Ille rudens rauco dum classica personat ore,
Anguipedes turpi dant sua terga fugæ.
Haud secus Autolici callentes furta Sophistæ,
Dicentes vero crimina multa Deo:
Terribili fugient Asini clamore repressi,
Bella ματαιολόγων exitus hic sequitur.

CARMEN AD RECTOREM & professores inclytæ vrbis Marpurgensis, scriptum in itinere á Philippo, cum proficisceretur ad colloquium in vrbe Vangionum, Anno 1557.

Cum redit Assyrijs Isaaci gnatus ab oris,
Vxores secum filiolosq; trahens.

Nec

Nec tantum ignotas gentes, & barbara corda,
Verum etiam socerum, fratris & arma tenet:
Hunc λόγε gnate Dei tua dextera texit, opemq;
Luctanti, vt claudus vinceret ipse, tulit,
Sic iter ingressus nos ad certamina sæva,
Plena futura odij plena futura doli:
Protege Gnate Dei, nos consilioq; guberna,
Hostilis rabies ne nocuisse queat.
Vt vero Isacide concessit Amigdalus vmbram,
Vrbis & exiguæ ius dedit hospitij:
Sic nos excipiat fessos Academia vestra,
Quæ candore suo vincit Amygdalium.
Non fertur casu natura sine ordine, sed mens
Formatrix rebus signaq; vimq; dedit.
Fructus Amygdalinus foris est lanugine cinctus,
Dura magis sub quæ lignea claustra manent.
Nucleus in medio suauis latet atq; salubris,
Qui cibus est nobis & medicina simul.
Prima ætas molli doctrinæ voce regenda est,
Iucundisq; typis, ista putamen erunt.
Durior hinc custos lex est, sontesq; trucidat,
Ac omnes homines iudicat esse reos.
Sed trepidis Euangelij vox grata medetur,
Hæc sunt Isacidæ significata seni.
Ergo scholæ similis credatur Amigdalus esse,
In qua doctrinæ vox sonat vna Dei,
Congruit hoc etiam vulpes quòd Amygdalæ amaræ,
Gustatæ subita morte necare solent.

Sic Schola flexiloquos extinguit casta Sophistas,
Ars quibus Archilochi vulpis & acta placent.
Vestra igitur cum sit custos Academia veri,
Quærimus hic vmbras nos quoq; Amygdalinas
Sed iure hospitij date Xenia mitia vina,
Simtq; vnum in vero pectora nostra Deo.

DE NOMINE MARGA-ridos in Nuptijs D. Dauidis Chytræi.

Margaris in chonchis oritur dulcedine roris,
Nominis quæ Sponsa Margaris apta dedit.
Rorem Euangelij quo pingit nomine Christus,
Mens pia quem sitiens ceu noua concha rapit.
Sicut arenoso sitiens in littore concha,
Quando suum primum Ver modo tempus agit:
Siccior à cœli stillantem cardine rorem,
Pinguior vt fiat fertilitate, petit:
Quo bene nunc hausto (quod & est mirabile dictu)
Gemma salutaris cordibus inde venit:
Hæc tamen in magnis generosior acta procellis,
Si modo post rorem turba sequatur, erit:
Parua redemptoris sic est Ecclesia Christi,
Donec in hac mundi colluuione latet.
Appetit è cœlo cœlestia dogmata, rorem,
Dogmata viuentis tradita voce Dei.
Hoc sit attracto sitiendi in pectore rore,
Nascitur inq; animis mox noua gemma pijs.

Scilicet agnitio vero de nomine vera,
Cumq; Dei surgit firma timore fides.
Æterni bonitas tunc fit conspecta parentis,
Quando fide pectus sentit adesse λόγον.
Hæc lux atq; fides inter certamina crescit,
Cum petit auxilium maxime Christe tuum.
Hæc quoq; contriti cordis data gemma dolori,
Vnica solamen quod medicatur, habet.
Præstat & æterna verissima gaudia vitæ,
Gaudia quæ nullo sunt moritura die.
Has propter causas ad gemmam dogmata pacis,
Filius æterni comparat ipse Dei.
Ergo bonis studijs decus ornatissime Dauid,
Qui Vatum merito dignus es ore cani:
Cum tua Margaridos coniunx pulcerrima nomen,
Omine tam rebus conueniente gerat:
Te decet hoc ipso lætari nomine sponsæ,
Quod monet vt Christi dogmata semper ames.

DE ABSOLONE FILIO Dauidis.

Degener immerito rapuisti sceptra parentis,
O Iuuenis patriæ pestis acerba tuæ.
Digna tuis factis sed pœna secura, vagantem
Frondibus arboreis implicuêre comæ.
Hasta Ioab maduit forti vibrata lacerto,
Sanguine transfixo pectore tincta tuo.
Has scelerum pœnas pulso dedit ille parenté,
I nunc & patrijs insidiare bonis.

EPIGRAMMA QVO CONTRA *Papalia monstra commendatur coniugium pium.*

Hoc Epigramma fu spicamurnon esse Philippi sed alterius cuiusdam, quod tamen expungere noluimus.

Quicunq; insano temnit connubia fastu,
Coniugij autori displicet ille Deo.
Namq; adeo infectus primæuæ crimine culpæ,
Dumq; vitæ affectat non nisi suaue genus:
Non videt esse Dei munus quod sancijt ipse.
Sancitumq; sua pro bonitate iuuat.
Sed natus vitijs viuit, vitijsq; senescit,
Inuenit in vitijs, & sua fata suis.
I nunc & mundo vitam mentire pudicam,
I nunc cum monachis impie Papa tuis.
Ite quibus sordent ciuilis munia vitæ,
Quæ perit à magno consita planta Deo.
Ite quibus sordent teneræ Dauidis oliuæ,
E quibus humanum prodijt omne genus.
E quibus Imperia, & leges nascuntur, & vrbes,
Longinqua celebrent vt pietate Deum.
Dum loquor exitium felix tibi nunciat omnem,
I nunc cum monachis impie Papa tuis.

Anno 1542.

DE MOTV ASTRORVM IN *Theoricas Planetarum.*

Non ferri casu pulcherrima corpora mundi,
Verum mente regi, consilioq; Dei:
Testatur Phœbus qui certis legibus annum
Conficit, & notis itq; reditq; vijs.

Et gratis vicibus lucem noctemq; reducit,
Et tem[illegible] data ca[illegible].
Temperat & radios quos excipit humida Luna,
Distinguens annum mensibus ipsa suis.
Deniq; cuncta suis labuntur sidera metis,
Naturam proprijs officijsq; iuuant.
Hæc cum suspiciens oculis ac mente notabis,
Autorem agnoscas & venerere Deum.
Hic nobis haustam proprio de pectore mentem
Inseruit, iusti notitiamq; dedit,
Ergo etiam scelerum pœnas hic exigit vltor,
Virtutumq; dabit præmia grata pijs.

DE TABVLIS GEOgraphicis. Anno 1557.

Esse Deum ostendit mundi pulcherrimus ordo,
Et distincta locis corpora prima suis.
In medio terra est sedes animantibus apta,
Orbis quam circum lucidus astra vehit.
Sunt quibus arte viæ factæ, metæq; perennes,
Nec casu ex atomis omnia nata putes.
Aspicias igitur terras ac astra, sciasq;
Esse Deum cuius nos quoq; cura sumus.
Et videas vbi non dubijs oracula signis
Et leges dederit conditor ipse suas.
Quoq; loco fuerint Christi vestigia certa,
Qui λόγος est natus de genitore Deo.
Et spectes fuerint vbi primum maxima Regna,
Lapsa alijs populis cur dederitq; Deus.

Has igitur tabulas Regionum cernere prodest,
Quæ spectatorem talia multa monent.

Anno 1558.

EPIGRAMMA.

Vincere difficile est tentant cum dulcia sensus,
Ni fugias, pœna est sæua luenda tibi.
Sed fuge, teq; regi poscas à numine Christi,
Offendent quæ non posse nocere putes.

DE LYRICIS
Poëtis.

Discite iusticiam moniti, & non temnere Diuos,
Nam sontes punit iudicis ira Dei.
Hæc cum regna canunt euersa, ducumq; furores,
Scriptores Lyrici nos meminisse iubent.
Pindarus hæc melius Cygnea voce canebat,
Tu tamen & Flacci carmina sæpe legas.

IMPETVS POETICOS
esse dona Dei.

Humanas superans vires Heroica virtus,
Tales qui motus dat, monet esse Deum.
Sic etiam vbertas fundentis carmina venæ
Esse Deum ostendit, motus & ille Dei est.
Ergo agnosce Deum, & iusto venereris honore,
Cum docti vatis scripta sonora legis.

IN ETHICA.

Non casu volucres atomi sine mente ruentes,
Hanc mundi formam progenuêre nouam.

Formas

Formatrix sed mens sapiens, bona, libera, casta,
Omnia miranda condidit arte, Deus.
Vtq; homines essent diuinæ mentis imago,
Attribuit radios lucis habere suæ.
Notitias, quales diuino in pectore lucent,
Addidit & legi congrua corda suæ.
Eheu dißidium sed nostro crimine venit,
Vtuntur flammis tam mala corda vagis.
Notitiæ mansêre tamen, legesq; seueræ,
Rectè factorum regula vt esse queant,
Et ne ceu pecudum sit vita sine ordine nostra,
His externa Deus vult modo membra regi.
Vt quanquam iratus gladium stringebat Achilles,
Ipse tamen reprimit cum ratione manus.
Ex his notitijs diuinis hæc quoq; fluxit
Doctrina, est ista quæ recitata libro.
In quo virtutum prodest simulacra videre,
Qualia mens hominis pingere docta potest.
Sed Sol iusticiæ radios in pectora spargens,
Christus & ad simulans nos sibi luce sua.
Virtutem accendit meliorem, nescia mortis,
Quæ viuit flatu non moriente Dei.
His igitur scriptis doctrinam adiungito Christi,
Vt viuens in te sit λόγος ipse Dei.

IN V. ETHICORVM ARISTOtelis, ad Doctorem Chilianum Goltstein.

Qualis

Qualis erat, terras cum nondum Astræa reliquit
Virgo, tibi si quid forte videre libet:
Spectandum in parua dabimus Chiliane tabella,
Nicomachus pinxit, Nicomachiue pater.
Natiuo poteris vbi nudam cernere cultu,
Odit mercatum, scilicet illa decus.
Et vultus spernit medicatos: gratus at ille est,
Qualis Apellæis est color in tabulis.
Hei facies quantum Chiliane hæc distat ab illa,
Pingere quam vester Bartolus ille solet.

EPISTOLA DE CONVENTV *Ratisbonensi, ad Iohannem Cæsarium, Anno 1541.*

Hinc vbi collectis Ducibus iam Cæsar ad Istrum,
Et iustas leges, & pacis fœdera sancit,
Et studet arbitrijs æquis sedare tumultus,
Opto senex tibi perpetuam venerande salutem,
Cui pater adsurgit medio de flumine Rhenus,
In ripa quoties cœlestia iussa sonantem,
Tradentemq́; audit præcepta salubria vitæ,
Errantesq́; polo stellæ qua lege vagentur.
Quasq́; vices regnis portendant, fata docentem,
Ac hominum cœtus ad munera iusta vocantem,
Aut si quando mones, qua rerum conditor arte
Indiderit certas vires, & semina plantis,
Nec cœco casu moles hæc orta putetur,
Facta sed æterni mira ratione parentis,

Vtq́;

Vtq; hominum genus autori curæ esse sciamus,
Hac ope qui iußit sæuos depellere morbos,
Et celeres vitæ fugientes prorogat annos,
Si modo donanti fuerit mens grata, fruiq;
Arte sciet tantis donis, luxuq; fugato
Lege voluptates regere, & frenare studebit.
At quando recitas exempla vetusta Iuuentæ,
Quas dederint pœnas polluti cæde Tyranni,
Quas vrbes, & quos reges incesta libido
Vindicis ira Dei quam non placabilis vrget,
Perdiderit, Sibaris veluti Thebaq; nocentes
Deletæ subitis perierunt cladibus olim:
Siue vt collisæ ruerint ciuilibus armis:
Artibus & virtute potens vrbs Attica & huius
Æmula bellatrix Sparte, dum gloria vtramq;
Acribus exacuit stimulis, regniq; cupido.
Siue vt Cliniades inconstans fœdera sæpe
Turbarit, patrias & tandem euerterit arces,
Quas iterum tamen erexit virtute receptas
Iustior & veros meritus Thrasibulus honores.
Siue duces inter quoties certamina Romæ
Mouerit ambitio, & totum concusserit orbem.
Talia proponens vitæ simulacra regendæ,
Esse Deum memoras, qui reddit præmia iustis,
Et scelerum pœnas atroces exigit vltor.
Hortarisq; sequi bona non peritura iuuentam.
Felix qui studijs traducis talibus æuum,
Multorumq; iuuas vitam, moresq; gubernas.

Ac veluti Nestor populumq; ducesq; regebat,
Atridæ fuerant qui classem & signa secuti:
Sic tua doctorum miratur verba senatus,
Sic & ab ore tuo pendet studiosa iuuentus.
O vtinam doctas audire & reddere voces
Hos inter cœtus isthic mihi Iane liceret.
Id longe mallem, quam quo rapit impetus aulæ
Conuentus Regnum sectari, & quærere frustra
Centauros inter, qui legum vincula spernunt,
Inter & Autolici callentes furta Sophistas,
Vt lacerum Christi corpus, discerptaq; membra
Sanari, & melius poßint coalescere rursus.
Heu quam sæua cient nobis hæc prælia vtrinq;
Centauri exitium diuis, cæloq; minantur.
Sed tentant fraudes, & pugnant arte Sophistæ,
Præstigiasq; oculis, animisq; offundere certant,
Inq; nouos vertunt cœlestia dicta cothurnos.
Horum iam videas odijs, rabidoq; furore
Misceri patriam, scelerataq; bella moueri,
Cæde sacerdotum pollutaq; templa piorum
Vastari, & tales euerti à sedibus vrbes.
Ni Deus, vt seruet Doctrinæ semina veræ,
Præcones fidos tegeret, mentemq; potentis
Flecteret Augusti placidam ad moderamina tanti
Lenia dißidij, ac ad iustæ pacis amorem.
Hic vetat in patriæ grassari viscera ciues,
Hic aris parci mandat, legesq; vereri,
Hic prohibet superûm Mystas attingere ferro.

Sem

er vt hæc Cęsar faciat mitißimus, ipse
Deo, populiſq; tuis concedito Christe.
e conuentu plura adijciendæ putaui
magnanimo melius nil Cæsare vidi.
Tu vero venerande ſenex ſaluéq; valéq;,
colo Telemachus coluit ceu Nestora Regem,
iam ſenis admirans, & pectora plena
ij, & linguæ facundæ dulcia plectra.

M NIVM PHILIPPI DE Anno
Hyæna in Comitijs Ratisbonen- 1541.
ſibus.

ſère Duces fallacem pingere Hyænam,
Et monſtri ſpeciem propoſuêre mihi.
erat ex varijs moles confuſa figuris,
Tectaq; liuenti ſanguinolenta cute.
ei vultus, ſed torua micantia flammis
Lumina ſæuitiæ triſtia ſigna dabant.
gemini pendebant membra Draconis,
Scillæi tandem pars erat ima pedes.
iam aſpiciens, & toto corpore ſanguis,
Ac pene extincto ſanguine vita fugit.
iam tamen illi vrgent, non obſequor, aio
Iratus, pingi non bene poſſe pedes.
itis proceres? Qui mentes occupat error?
Cur templo infertis talia monſtra Dei?
or ſomno gelidus cum pectore manat
Sudor, & è ſubito membra pauore ſtupent.

Nonnihil hac moueor fortaßis imagine, sed te
Christe rogo, vt præsens pectora nostra regas.

IN CONCIONEM LEPORVM ad Leones, cuius fit mentio apud Aristotelem 3. πολιτ{ῶν.

Cum veluti lepores dare iura Leonibus audent,
Hi sacra qui populum verba fidemq; docent.
Conanturq; truces siue vt frenare Tyrannos,
Contemti pœnas pro pietate ferunt

Ratisbonæ Anno 1541.

IN FVINTONIENSEM defensorem cœlibatus,

Qui castitatem magnis laudibus vehis,
Contraq; sanctum disputas connubium,
Tu quisquis ille cœlibum admirator es,
Omitte iam tua cogitata callida,
De coniugum ac de cœlibum discrimine,
Et te, tuosq; contuere cœlibes,
Quæ vestra vitæ puritas sit istius.
Quod si impudicitiæ omnibus plenam notis
Libidinumq; spurcitati videris,
Fucis nefandas turpitudines nouis
Ornare cesses. Falsa enim præconia
Mores refutant & tui & gregalium.
Nam quid Deus bone tu tuumq; istud genus
Effœminatum, molle, quale erat Phrygum,

Idæa

-currum qui sequentes per iuga
is Deorum pulsitabant tympana,
ntinentia, atq; castis moribus
ysa verba sanctimoniæ datis,
astitatem vos profectò quæritis,
uius vt sub dignitate & nomine
iè libereq; turpitudini,
ruiatis moribus nequißimis.
-κοῦντες ἐν τρόπων πονηρίᾳ
ἐ τ' ἀσελγείᾳ, θεοῦ γοῦν βίου.

DE LECTIONE HI-storiarum.

Anno 1555. Norbergæ.

Deus metas annorum condidit arte,
Quas oculis simul & mente notare iubet.
neri humano sint nota exordia mundi,
Ex atomis casu ne coijsse putes:
Deus, quo se patefecerit ordine constet,
Quæq; sit è cœlo vox data prima Dei.
ando fuerit venturus victima vt esset,
Æterno natus de genitore λόγος.
lq; habeant finem mortalia cuncta sciendum est
Iudicijq; instet quando tremenda dies.
rum, rerumq; igitur sit notus vt ordo,
Regnorum historia est tota legenda tibi:
etiam ostendit diuinum numen adesse,
Quod nos iusticiam nosse, & amare docet.
& iniustos magnis cruciatibus omnes,
Ne dubita, iniustis Lex rata semper erit.

ALIVD.

Oceani rapidis ut ventis unda cietur,
Semper habent varias sic quoq; regna vices.
Vltima sed motus grauiores sentiet ætas.
Impia Turcorum quæ modo regna videt.
Christe tua hos inter fluctus quassabitur Argo,
Attamen hanc rabies mergere nulla potest.
Nos prolata tuo qui dogmata discimus ore,
In cymba serues optime Christe tua.

DE INITIIS DOCTRINÆ Physicæ.

Felix qui potuit rerum cognoscere causas,
Naturæ varias & didicisse vices.
Si tamen autorem primum mens quærere curet,
Omnia nec casu corpora nata putet.
Esse Deum mentem æternam, quæ condidit arte
Præsentiq; suum numine seruat opus:
Agnoscas, quoties in cœlum lumina tollis,
Et stellas certis motibus ire vides.
Seu quoties hominis naturam introspicis, atq;
Effigiem nobis cernis inesse Dei.
Hunc rerum fontem si contemplabere: fructus
Magnos de Physicis hæc tibi scripta ferent.

VVormatiæ Anno 1540. Symoni Grynæo.

Quod Tullij tribuis laudes mihi docte Grynæe,
Hei nimium dici forte Poeta studes,

Effinxit

xit Siculus cœli terræq; figuras,
Et quas efficiunt sidera plura vices:
tamen ille Deo potuit se æquare magistro,
Qui vitam & motum rebus inesse dedit.
uium Tullij sic nemo expresserit vnquam,
Quod fudit motu mens agitata Dei.
o Pericleo quamuis sit preditus ore,
Assequitur laudes Marce diserte tuas.
ca tenui vena preconia Christi
Dicere si potero, sat mihi laudis erit.
eus infantum celebrari gaudet ab ore,
Huic ergo officium spero placere meum.

PARELIIS CONSPECTIS,

Anno 1551. Die 21. Martij.

git vt in toto lucem Sol vnicus orbe,
Viuificoq; vnus cuncta calore fouet:
us æterni sic natus mente parentis,
Accendit radijs pectora nostra suis.
cur plura tamen Solis simulacra videntur?
ecuo mendax ludit imago polo?
rinæ fingent aliqui ludibria forsan,
Adijcient alias dissidijsq; faces.
ugnate Dei longè mendacia pelle,
Concordes animos lux tua sola regat.

N INTERPRETATIO-
nem Orationis Αἰσχίνου κατὰ
κτησιφῶντος

ALIVD.

Oceani rapidis vt ventis vnda cietur,
Semper habent varias sic quoq; regna vices.
Vltima sed motus grauiores sentiet ætas.
Impia Turcorum quæ modo regna videt.
Christe tua hos inter fluctus quassabitur Argo,
Attamen hanc rabies mergere nulla potest.
Nos prolata tuo qui dogmata discimus ore,
In cymba serues optime Christe tua.

DE INITIIS DOCTRINÆ Physicæ.

Felix qui potuit rerum cognoscere causas,
Naturæ varias & didicisse vices.
Si tamen autorem primum mens quærere curet,
Omnia nec casu corpora nata putet.
Esse Deum mentem æternam, quæ condidit arte
Præsentiq; suum numine seruat opus:
Agnoscas, quoties in cœlum lumina tollis,
Et stellas certis motibus ire vides.
Seu quoties hominis naturam introspicis, atq;
Effigiem nobis cernis inesse Dei.
Hunc rerum fontem si contemplabere: fructus
Magnos de Physicis hæc tibi scripta ferent.

VVormatiæ Anno 1540. Symoni Grynæo.

Quod Tullij tribuis laudes mihi docte Grynæe,
Hei nimium dici forte Poeta studes.

Effinxit

xit Siculus cœli terræq; figuras,
Et quas efficiunt sidera plura vices:
tamen ille Deo potuit se æquare magistro,
Qui vitam & motum rebus inesse dedit.
uium Tullij sic nemo expresserit vnquam,
Quod fudit motu mens agitata Dei.
o Pericleo quamuis sit preditus ore,
Assequitur laudes Marce diserte tuas.
ca tenui vena preconia Christi
Dicere si potero, sat mihi laudis erit.
eus infantum celebrari gaudet ab ore,
Huic ergo officium spero placere meum.

PARELIIS CONSPECTIS,
Anno 1551. Die 21. Martij.

git vt in toto lucem Sol vnicus orbe,
Viuificoq; vnus cuncta calore fouet:
us æterni sic natus mente parentis,
Accendit radijs pectora nostra suis.
tur plura tamen Solis simulacra videntur?
cuo mendax ludit imago polo?
tinæ fingent aliqui ludibria forsan,
Adijcient alias dissidijsq; faces.
ugnate Dei longè mendacia pelle,
Concordes animos lux tua sola regat.

N INTERPRETATIO-
nem Orationis Αἰσχίνου κατὰ
κτησιφῶντος.

Vobis rursum hodie in Scholam feremus
Iustam Rhetoris Attici querelam,
Hostis quâ iugulum sui, caputq;
Iratusq; petit, atq; pestilentes
Obiurgat rabulas, furentem ad arma
Qui ciuilia, mutuasq; cædes
Accendunt populum, sibiq; regna
Pergunt impia fraude machinari,
Et leges temerarij refigunt,
Vallum scilicet, vnicumq; murum
Pacis, qua meliusue, gratiusue
Dij mortalibus haud dedêre quicquam.
Hæc audire iuuabit vniuersos,
Qui virtutis amant decus coluntq;.

AD CLARISSIMVM VIRVM D. Doctorem Seldium, carmen consolatorium de obitu fratris scriptum VVormatiæ, Anno 1557.

Et dulce & firmum est fraterni fœdus amoris,
Cordibus hanc στοργὴν indidit ipse Deus.
Iure doles igitur tibi quod sit frater ademtus,
Dimidium fuerat pectoris ille tui.
Et tibi consilij specimen fideiq; probatum
Curarum dederat te modo parte leuans.
Adprobat hunc etiam pietas diuina dolorem,
Sed tamen in mœstis iussit adesse modum.

Non

Non hominum casu voluuntur tempora vitæ,
Arbiter est certo qui regit ista Deus.
Nec mentes hominum deleri morte putandum est
Quas adflat membris cœlitus ipse Deus.
Ergo Deo vitam repetenti cedere iustum est,
Spesq; nouæ vitæ nunc tua damna leuet:
O quam læta dies hæc quæ me carcere soluet,
Vt possim in clara luce videre Deum.
Esse tui vt socios luctus nos Selde videres,
Hæc non fucato pectore scribo tibi.
Ac opto vt vitæ tibi dux solatia præstet,
Æterno natus de genitore λόγος.
Voce sua cœtus hominum qui colligit, ipsis
Vt vitæ reddat gaudia perpetuæ.

DE FESTO ELISABETHAE ad Io. Pistorium Pastorem Nidanum, die Elisabethæ, VVormaciæ scriptum, Anno 1557.

Grati munera summa Conditoris
Narremus, sibi colligit quod agmen,
In quo fulgeat ipse, sempiternum,
Plenum iustitiaq; gaudioq;.
Huius agminis est Elisabetha
Consors, quæ tenuit vetusta sceptra
Oræ Tyrigetum, fuitq; mater
Stirpis inclyta principum tuorum,
Qui Fuldæ dominantur & Visurgi.

Semen seruat enim Deus piorum,
Hanc cum nunc celebres Elisabetham,
Ad nos aduenias Nidane Pastor,
Matronę vt pia facta proferamus,
Vt tali pietate nos colamus
AEternumq; Deum, Deiq; gnatum,
Ac motus animi leues domemus.
Multum exempla pios iuuare possunt,
Quanto robore pertulit dolores,
Extincto Pariter viro atq; gnato,
Ac pulsa ex patria viri atq; gnati,
Ostendens mala perferenda sanctis
Esse ingentia, vt inuocare discant
Mirandum auxilium Deum ferentem,
Praesentemq; suis adesse cernant.
Sic cur nostra onerata mole tanta
Sit natura sciamus, atq; iusto
Sit subiecta Deo, simulq; propter
Gnati vulnera nos opem petamus,
Hoc exempla monent Elisabethae.

DE NATALI DIE LVTHERI ad Iacobum Rungium Theologum VVormaciae, Anno 1557.

Natalis redit annuus LVTHERI,
Hoc in mense vetus tenente nomen
Orionis, eo quod hic in vndas
Nunc mane insilit, hostis vt venena

Vitet cuspide scorpij minantis
Aduersa regione cœli in ortu,
Et nymbos ciet horridosq; ventos.
Vt verò senior ducens Orion
De stellis populos simul monebat,
Quis nam lumina fecerit, viasq;
Et motus regat arte sempiterna,
Sæpe addens, Deus ille fecit idem
Humanum genus, è suaq; luce
Infudit radios, suasq; leges,
Quas seruare iubet coliq; semper,
Pœnisq; opprimit impios furores.
Sic & de sapiente conditore
De Christoq; λόγῳ *Dei parentis*
Monstraret meliora cùm Lutherus,
Hostes huic quoq; Scorpij fuerunt,
Sed texit Deus vtilem ministrum.
Idem nos faciat Deus ministros
Gratos, & simul vt tegat precemur.
Natali celebrentur ista luce
Dona ingentia, gratiæq; agantur
Æternoq; patri, patrisq; gnato,
Et nobis eadem dari petamus.

DE VETERVM PRINCIpum pietate & Monasteriorum origine, ad D. Petrum Lotichium, Abbatem Monasterij, cui Imp. Carolus Magnus Fundator nomen indidit Solitaria.

Cum Franci tenuere pulcra regna,
Oræ Teutonicæq; Gallicæq;,
Clari Iustitia Modestiaq;,
Templa in saltibus, & scholas piorum,
Per quos Fulda fluit petens Visurgim,
Insignem pietate collocarunt,
Veri notitiam Dei serentes,
Et vitæ documenta sanctioris.
Huc reges quoq; sæpe commeabant
Doctorum sapientia fruentes,
Hymnos inter & hos choros sonantes
Cum Tyronibus aureis in armis.
Aetas aurea Principum bonorum
Hæc exempla dabat sequenda plebi:
Hi cum bella mouere erat necesse,
Ausi magnanimi ciere pugnas,
Donarunt patriæ suæ cruorem,
Inter prælia dexteras regente
Te Christe duce, quem simul vocabant
Vt soli tibi figerent trophæa.
Rursus tempore pacis, ordinabant
Doctrinæ studium foriq; iura.

Heu quam dißimiles habet Monarchas
Effœti modo seculi senecta?
Ignauos, stolidos & inquietos,
Titanum similes, Deo minantes
Spreto fulmine, Siderum ruinas.

Multos

Multos namq; Dei necant ministros,
Quos stellas Daniel vocat Propheta.
Nec mortem retinent sodalitates
Vestræ, quem sapiens probat vetustas:
Multæ sed similes videntur esse
Circæis stabulis, canum suumq;
Ac vt Grillus ibi priora membra
Non vult restitui sibi, videmus
Sic spurcos aliquos manere Grill[illegible]
Spernentes sapientiam, Deumq;.
Solus Lotichius scholis & aris
Doctrinæ studium, Deiq; honores
Reddit fictilibus Dijs remotis,
Depulsisq; sophisticis tenebris.
Hunc tu Lotichium tuere Christe,
Æterno λόγε nate de parente.

Scriptum in Solitaria [illegible]
Decemb. Anno 155[illegible]

AD ILLVSTRISSIM[VM]
Principem ac Dominum D. Iohann[em] Albertum, Ducem Megalo-pyrgensem &c.

Omnia vasta facit sæuis Bellona ruinis,
Præcipue studijs est inimica pijs.
Hospitium sapiens dedit olim Græcia Musis,
Nunc est barbarico Græcia præda duci.

Italiam petiere fuga, sed fraudibus illa
Pontificumq; armis perdita tota iacet.
Hinc igitur dubijs fortunæ casibus acta,
Intrarunt fines Teutonis ora tuos.
Hic habuere aliquam sed paruo tempore sedem,
Nam furit in nostra Mars quoq; dirus humo,
Ergo per extremam Germani littoris oram,
Hospitium miseræ supplice voce petunt.
Ne penitus nostro discedant orbe, benignè
Inclyte Dux Musas tu releuare velis.
Hoc tibi pro merito condent præconia laudis,
Virtutem testes quas iubet esse Deus.

TEYKPION.

Je lenger je lieber ich bin allein/
Denn trew vnd warheit ist worden klein.
Feceris haud quicquam, nisi quod fecisse necesse est,
Quamq; dedit, norma est vna sequenda, Deus.
Et fugito turbam, nisi cum Respublica poscit
Congressus modicos: futile turba malum est.
Nec tibi curabis multos adiungere amicos,
Raræ hæc sunt, candor, gratia, iusta fides.
At si quos poteris, req; officijsq; iuuato,
Sic tamen, adiutos ne meminisse putes.
Præcipuè verò remis, velisq; potentum
Fucosas fugito cantus amicitias.

M. PAVLO EBERO.

Ausoniæ historiam cui non mihi Paule remittis,
Quæ noua Pontificum bella, dolosq; refert?
Ni venies ad nos, & pagellam modo reddes,
Non fidei hoc Franca, verum erit Æmoniæ.

Germanici rhythmi matris Philippi.

Wer mehr wil verzeren/
Denn sein Pflug kan ereeren/
Der wird zu letzt verderben/
Vnd vieleicht am Galgen sterben.

Horum hæc est sententia.

Si quis de paruis vult plura absumere rebus,
Quærere quàm vigili sedulitate potest:
Is mendicando victum petet ostia pulsans,
Aut feret huic tristem crux laqueusq; necem.

EPITAPHIVM FRIDERICI,
Ducis Saxoniæ, Principis
Electoris &c.

Ante petet cursu Boemica rura supino,
Vnde in Saxonicos defluit Albis agros:
Inclyta quàm poßit meritorum fama tuorum
Occidere in populis, Dux Friderice, tuis.
Aurea viderunt hæ gentes secula, regni
Dum tibi Saxonici sceptra tenere datum est,
Pace frui placida campiq; vrbesq; solebant,
Horrenda extimuit claßica nulla nurus,
Bella alij ferro, sed tu ratione gerebas,
Et sine vi victi sæpe dedere manus.

Ingenio claros meruisti sæpe triumphos,
Militeq; haud ullo fixa trophæa tibi,
Et pacis studijs florere, ac artibus urbes.
Contigit auspicio, Dux Friderice, tuo.
Fouisti spretas hac tempestate Camenas,
Vnicus & studijs præmia digna dabas.
Namq; tuo sumtu flauum schola condita ad Albim
Vt uitæ uerum traderet illa modum.
Hic Euangelij primum doctrina renata,
Deterso cœpit pura nitere situ.
Induit hic ueros uultus, iterumq; colorem
Accepit tandem relligio ipsa suum.
Et cum Germani sumsissent arma Tyranni,
Contra Euangelium sanctaq; iussa Dei.
Doctores tibi cura pios defendere soli,
Et late Christi spargere dogma fuit.
His tibi pro meritis grata præconia uoce
Posteritas omnis, uirq; puerq; canent.
Nulla tuas unquam uirtutes nesciet ætas,
Non ius in laudes mors habet atra tuas.

ALIVD.

Hæc quicunq; uides oculo properante uiator,
Ad sacra ne pigeat sistere busta pedem.
Ille ego Fridericus, Duce quo Saxonia felix
Ardua sacratum tollit ad astra caput.
Qui quamuis tota arderet Germania bellis,
Effeci pacem gentibus esse meis.

Et senio tandem longis confectus ab annis,
Hic tegor exiguo conditus in tumulo.
Virtutum laudes & famam longa mearum,
Posteritas semper, sit modo grata, feret.

ALIVD.

Principis hic tumulus Friderici continet ossa,
Quem patriæ patrem fecerat esse Deus.
Illius & manes fac optime Christe quiescant,
Molliter inq; sinu posse latere tuo.
Nam dum vita fuit, tua sacra colebat, eratq;
Nosse Euangelium maxima cura viro.

EPITAPHIVM SCRIPTVM ILlustrissimo Principi D. Iohanni I. Imperat. Electori, Duci Saxoniæ, Landgrauio Thuringiæ, Marggrauio Misniæ &c.

Tu quoq; Saxoniæ Iohannes inclyte Princeps,
Non virtute minor cognite fratre tuo.
Eximia Christum pietate fideq; colebas,
Vita piæ mentis testis eratq; tuæ.
Vindelicis coram tua Cæsare nuper in oris
Asseruit Christi lingua professa fidem.
Notior vt fieret diuini gloria verbi,
Temporibus fulsit quæ rediuiua tuis.
Vtq; Euangelij studium deponere velles,
Flectere non vllæ te potuere minæ.

Ista tui incendit constantia pectoris hostes,
Attulit & passim multa pericla tibi.
Sed te difficili protexit tempore Christus,
Et gratam pacem pro pietate dedit.
At tua sæpe tamen moderatio profuit ingens,
Impia ne quisquam sumeret arma manu.
Hac longe superas aliorum laude triumphos,
Hæc virtus magno principe digna fuit.
Ergo tuum à nullo nomen delebitur æuo,
Nec meriti laus est interitura tui.
Hic tua, dum Christus meliori corpora sorte
Restituet iustis, molliter ossa cubent.
Spiritus ac viuat, gratoq; fruatur honore
Interea Christi conditus in gremio.

Anno 1548. *EPITAPHIVM BENEDI-cti Pauli Iurisconsf.*

Frigida in hoc tumulo Benedicti membra teguntur,
Cognomen Pauli qui patrium, tenuit.
Doctor erat Iuris, virtute ornatus & arte,
Eloquio clarus, consilio atq; fide.
Saxoniæ ducibus sententia sæpe probata est
Ipsius, & patriæ profuit ille suæ.
Iustificaq; fide quoniam te Christe colebat,
Conspectu fruitur mens modo læta Dei.

Anno 1554. *ALIVD SCRIPTVM CLA-rissimo viro D. Hieronymo Schurff Doctori iuris.*

Doctor

Doctor erat Iuris *præstans* Hieronymus *arte,*
Iusticia, ingenij viribus, atq; fide.
Schurfiadum de stirpe satus, quæ clara per Alpes
Heluecticas, numerat secula multa patrum.
Iura enarrauit lustris bis quinq; nec vllus
Ostendit fontes dexteritate pari.
Consilijs rexit fidis populosq; ducesq;,
Lumen enim Iuris temporis huius erat.
Hunc etiam sapiens Cæsar dignatus honore est
Carolus, imperij qui modo sceptra tenet.
Quæq; leget veniens ætas, monumenta reliquit,
Multorum studijs proderit iste labor.
Iusticiæ esse Deum fontem quia nouerat ipsum,
Vt recte nosset maxima cura fuit.
Iustificaq; fide capiens tua munera Christe,
Solus est cuius parta cruore salus.
Vera luce Deum agnouit, precibusq; vocauit,
Et rectæ fidei congrua vita fuit.
Ipsius hoc tumulo requiescunt molliter ossa,
Viuit, conspectu mens fruiturq; Dei.

EPITAPHIVM SCRIPTVM coniugi integerrimi viri Friderici Bernpeckij.

Hoc tumulo castæ matronæ condidit Annæ
Fridericus Bernpeck coniugis ossa suæ.
Cui nouisse Deum, & cœlestia discere dicta,
Et pariter ipsis maxima cura fuit.

Iustificaq; fide coluit te Christe Redemtor;
Exemplum mores & pietatis erant.
Mens igitur patriæ fruitur cœlestis honore,
Hoc tantum tegitur corpus inane solo.

IN IMAGINEM REVERENDI viri Doctoris Iohannis Bugenhagij Pomerani.

Coniugis vt senio confecti corpus aquatum
Ipsa suis humeris Halcyo grata gerit:
Si bene promeritum Doctorem Ecclesia curet,
Et leuet ætatis pondera dura seni,
Sic tuæ canities, Doctor Pomerane, fidesq;
Sincera est cunctis iam veneranda pijs:
Qui procul externis sparsisti fidus in oris
Pura Euangelij semina voce tua.
Ac ceu Baptistes agnum monstrare solebat,
AEterno Christum de genitore satum.
Tu quoq; iustifica docuisti agnoscere Christum,
AEterniq; patris sumere dona fide.
Fictiliumq; alias formas tua lingua Deorum
Euertit, Papæ quas voluere coli.
Et velut in scopulis celsos locat Halcyo nidos,
Hyberni circum quos fremit vnda maris:
Sic medio in pelago felix iam Dania nidos
Extruxit Christo, te fabricante, pios.
Te Deus hos inter texit iuuitq; labores,
Nunc vita functus viuis in arce poli.

IN IMAGINEM ILLVSTRISsimi Principis ac Domini, Domini Georgij, Principis in Anhalt & Ascania &c.

Ascaniæ stirpis virtus est clara triumphis,
Ordine quos numerant secula longa patrum.
Cæsar in Adriaco cum gessit littore bellum,
Et fregit Venetas Maximilianus opes,
Dux erat Ascania natus de stirpe Rodolphus.
Fixit & in Veneto multa trophæa solo.
Nunc ad maiorum decora hæc laus magna Georgi,
Accedit verè principe digna viro.
Quòd sic doctrinam reliquis virtutibus addis,
Vt verum celebres pectore & ore Deum,
Et Christi illustres ingentia munera scriptis,
Iustifica supplex quæ capis ipse fide.
Exemploq; Esdræ populum dum iure gubernas,
Doctrinæ spargis semina pura simul.
Summe Deus, solus qui das felicia regna,
Ascanios fratres, te precor, ipse regas.

IN IMAGINEM ILLVSTRISsimi principis Mauricij Ducis Saxoniæ Electoris, Landgrauij Thuringiæ &c.

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Et subito casu quæ valuêre ruunt.

Vt perit in primo Pelides flore iuuentæ,
Pyrhus & hoc ipso de genitore satus.
Ac Asiæ domitor Macedum de stirpe creatus,
Et qui Burgundas Carolus auxit opes:
Sic iam Mauricium nimium properantia fata
Saxoniæ terris eripuêre Ducem.
Qui Gallos Turcosq; feros virtute repreßit,
Militiæ præstans artibus atq; togæ.
Hic modo cum patriam iustis defenderet armis,
Fudißetq; hostes auxiliante Deo.
Fraude globus missus victorem vulnerat, inde
Post pugnam vitæ non mora longa fuit.
Commendans animam sed Christo exordia vitæ
Hausit cœlestis non-dubitante fide.
Est fragilis natura hominum, sed reddere vitæ
Gaudia vult Christus non moritura pijs.

IN IMAGINEM REVERENDI viri Iohannis Aepini Doctoris Theologiæ.

Hæc est AEpini Doctoris imago Iohannis,
Qui docuit castè dogmata pura Dei.
Saxonicoq; pios cœtus in littore rexit,
Fulsit & exemplis integra vita bonis,
Vrbis vbi Hamburgæ stant ardua mœnia claræ,
Maßyliæ veteris quæ decus omne tenet,
Et superat meliore bono, quod præbet honestum
Et fidum hospitium maxime Christe tibi.

Inde etiam AEpinus vigilans & pectore firmo,
Errorum fucos depulit atq; dolos.
Ergo Deo grates tanto pro munere dico,
Vtq; regat semper pectora nostra polo.
Et faciat semper nos vnum vt simus in ipso,
AEterni gnatus quod petit ipse Patris.

EPIGRAMMA IN HOMERVM ad literariam iuuentutem.

Nocturna versate manu, versate diurna,
Mœonij, Iuuenes, vtile vatis opus.
Humanæ speculum vitæ quod dicitur, in quo
Affectus populi cernitis atq; Ducum.
Quodq; simul monstrat quæ sint discrimina morum,
Quæ lex distinxit non violanda Dei.
Quæ deceant homines, habeant quæ facta secundos
Euentus, iustæ cuncta regente Deo.
Et quæ sint summa cura, studioq; cauenda,
Quæ sequitur læsi vindicis ira Dei.
Nedubita, semper delicta atrocia pœnas,
Et subitas clades post mala facta sequi.
Hanc quicunq; legit doctrinam transferat arte
Ad sese, vt mores hinc regat ipse suos.
Ciuilis vitæ normam viditq; docetq;
Quanquam oculis senior captus Homerus erat.
Ah vtinam hæ Musæ canerent non numina falsa,
Vnum sed patrem maxime Christe tuum.

ALIVD DE LECTIONE Homeri.

Vera est fama bonos agitari numine Vates,
Nam Deus illorum pectora casta mouet.
Virtutis præcepta canunt, ac vatibus autor
Tradidit in terris illa docenda Deus.
Largaq; cum cælo veniet facundia, rursus
Eloquij vires altera dona dedit.
Est igitur pietas quædam cognoscere Homerum,
Cum bona de superum munera sede ferat.

ALIVD DE ADOLESCENtia institutione & studio.

In ludum quidam gnatum ducitq; iubetq;
Vt vitæ melius discere tentet iter.
Et primis pater ingenium puerile sub annis,
Et rude dum pectus recta docere parat.
Qua puero fore ducat opus re, forte magistrum
Quærit, at ille, opus est mente, ait, atq; stylo.

Hoc carmen recitatum est, cum crearentur Doctores Medicinæ, à puero vt mos est in solenni renunciatione.

Nos quoq; Pœonias pueri laudabimus artes,
Quæ tristem à nobis possunt arcere senectam:
Nostris ipse choris inuentor gaudet Apollo.
Victori pueri gratum Pæana canebant,
Dum Delo veniens strauit Pythona sagittis.

Ardet

Ardet opes alius Crœsi, miratur arenas
Quas Pactole, vehis studioq; senescit habendi,
Et misero census augendi pallet amore:
Regum sceptra alij laudant fascesq; superbos,
Infideq; iuuant miseros suffragia plebis,
Et leuis ambitio, perfusaq; gloria fuco:
Sunt etiam ventris qui tantum gaudia norunt,
Deniq; mortales non vno errore tenentur.
Fœlix ille mihi bona qui meliora sequutus
Obscuras rerum causas, viresq; latentes,
Cœlestes ignes, & conscia sidera fati,
Quaeq; parit tellus rerum miracula cernit,
Æternumq; decus virtutis nouit, opesq;
Extra fortunæ positas temeraria iura,
Quiq; rudes hominum mentes & pectora mulcet
Ingenio, vitæq; modum præscribit, & artes,
Et morbos ratione fugans, infirma tuetur
Corpora, dum vitæ fugienti prorogat annos,
Ille mihi solus dicetur iure beatus.
Huc agite hanc palmam iuuenes certare parare,
Asserite has vtraq; manu non segniter artes,
Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

IN OFFICIA
Ciceronis.

Ocia dum faciunt diuûm solennia nobis,
Dum pueros nucibus ludere forte iuuat.

Aut cum mobilibus talis sibi quisq; parare
Inter conuiuas aurea regna studet.
Quæso aliquam nobis ocij concedite partem,
Et vacui fructum temporis ipse feram.
Exiguum vobis Tulli propono libellum,
Delitias voluit quem pueri esse pater.
Præmia virtutis demonstrat nescia mortis,
Et vocat ad verum Tullius ipse decus.
Eloquioq; rudem linguam bonus imbuit autor,
Quo patriam, ciues quo tueare tuos,
Ergo paulisper Genium fraudate, breuemq;
Si sapitis Tulli discite quæso librum.

DE DVABVS THECIS Simonidis.

Omnia sunt ingrata, nihil fecisse benignè est,
Debita pro meritis gratia nulla redit.
Simonides binas ponebat in ædibus arcas,
Ledæis charus fratribus ille senex,
Hanc, vnde officium facilis promebat egenti,
Et tempestiua forte iuuabat ope.
Quam, postquam multa effudit, noua copia rerum
Accumulata diu non vacuam esse sinit.
Altera facta fuit si gratia forte rediret,
Munera quæ grati conderet arca viri.
Sed nihil hac quisquam intulit, arcaq;, semper inanis,
Officia, indicio, cuncta perire fuit.
Simonides Thecam monstrabat vtramq; laborem
Æraue si peteret mutua ferre aliquis.

Et testatus opes se plena effundere Theca,
Pro meritis monuit præmia nulla dari.

IN HORTVM IONAE.

Huic horto cedes Lipsensis iurè picena,
Carmine quam Ruscus nobilitare studet.
Hic grauidam pomis ficum, lentasq; cupressos,
Purpureas violas, aurea mala parit.
Cetera quid referam, largas natura benigne
Ruris opes horto diuitiasq; dedit.
Et vates colit hunc herus, inuitatq; frequenter,
E medio doctas huc Helicone Deas.
Hic vidi Musas pro carmine texere serta
Præmia victori digna Ioachime tibi
Hic vidi letas plausu vultuq; canenti
Mycillo Aonias sepe fauere Deas.
Socraticisq; iocis hic Micale seria condis,
Exacuuntq; sales pectora nostra tui.
Sic fama est lusisse senem, cum forte sub vmbram
Defessum platani Phædre secutus eras.
Hic tua conuiuas facundia Caspare pascit,
Dijs ipsis etiam nectare grata magis.
Cum celebrent hortum vernantem talia Ionæ,
Lipsica quid laudas prædia Rusce mihi?

AD PINVM.

Cum noua cœpisti contexere carmina Pine,
Quid mihi, Phœbus ait, Marsia rure strepit?
Anne iterum stultus vocat in certamina Diuos?
Quisquis es, exuta pœna luenda cute est.

AD IANVM.

In cœna conuiua mihi doctißime Iane,
De Symphoniacis vnus & alter erit.
Quiq; χέλυ digitis argutis laudat, adesse
Ad nostras epulas Iane rogandus erit,
Non hunc crede mihi qui Martis furta canebat,
Inter phæacas vicerit ille senex.
Carmina si tristes animi depellere curas,
Viribus & feßis ocia parua paras:
Huc ades vltro bonis conuiuia adire bonorum
Mos est, at rogitant te modo Iane boni.

AD IONAM.

Perge mihi Latio sermone exponere Iona,
Cecropidum in medio crimina dicta foro,
Et quibus insontem Demosthena proscidit hostis,
Ausonia nobis iurgia voce refer.
Non ignaua decent generosas ocia mentes,
Virtutemq; acer durat, alitq; labor.
Ergo operas studijs socias adiungito nostris,
Atq; aliquam partem viribus adde meis.

AD EVNDEM.

Adfertur digitis nostris tibi Epistola scripta,
Quam iuueni misit Thais amica suo.
Ista lege tamen capies suauißime Iona,
Vt latia facias Thaida voce loqui,
Fortè nefas ducis cum scorio ludere Iona,
Casta quia in templis sacra docere soles.

Crede mihi, illa gregem cum pinxit docta Lycæi,
De paruis atomis qui impia bella mouet:
Perstrinxit fucata etiam pietate magistros,
Turpe quibus faciunt vendita sacra lucrum.

AD VVALLORHODVM.

Si mecum VValorhode rusticari
Et secedere in oppidum propinquum,
Languentemq; animum excitare ludo
Paulum ponere seriasq; curas,
Et concedere ferias Cepollæ,
Et tristem libet explicare frontem,
Huc nostras propere venito ad ædes,
Expectant comites amica turba,
Votisq; omnibus aduolare te orant.
Accurras igitur, simulq; tecum
Tantum quæso feras facetiarum,
Quantum Bartolus, atq; Baldus, illi
Insulsi illepidi tui magistri
Nugarum omnibus edidêre libris.
Tantum Mercurius ciere risus
Non possit Charitesq; blandiores,
Quantum tu poteris mouere risus.

ΠΡΟΠΕΜΠΤΙΚΟΝ IN DIScessum Iohannis Reiffenstein.

Sic det Christus iter tibi secundum,
Et faustum in patriam, tibiq; donec
Fratres incolumi videre saluos,
Fratres, qui tibi luce chariores

Ipsis sunt oculis tuis, vicissim
Qui te plus adamant suis ocellis:
Vt gratum est, mihi Iane quod dedisti
Discedens Xenion, nouum libellum
Testis stabit amoris ille nostri,
Inter præcipuos meos libellos,
Auratisq; superbus vmbilicis
Ostendet titulos tuos, mihiq;
Absentem referet subinde amicum,
Et Iani meminisse me iubebit.
Vt si marmora, siue penicillo
Depictæ tabulæ tua ora seruent
Iani Mnemosynon mei perenne,
Adseruabitur hic mihi libellus.

AD SPALATINVM.

Nostris Cordus in ædibus Poeta
Prandebit modò, gratius sed illi
Hoc existimo prandium futurum
Si tu peruetus vtriusq; amicus,
Cordi scilicet & tui Philippi,
Conuiua adfueris, vocant sodales
Te, quamuis humilesq; pauperesq;
At quorum tibi candor est probatus
Non nuper Spalatine cognitusq;.
Codrus forsitan esse corde posses,
Irus forsitan & Philippus esse
Posset, sed faciles vtrumq; Musæ
Secernunt, stolido eximuntq; vulgo.

AD IONAM.

nam negligere est piaculare,
qualem dare Apitius solebat.
rum nos tenuem modo paramus,
ualem vel Samius senex probasset,
raecos ille docebat esurire.
non Theologis bonum magistrum,
laud ad tale ego prandium vocaui
rancae lumina gentis huc vocamus
d notos, veteresq; te sodales,
Atq; hac lege venire te iubemus,
Si non haec tibi parca mensa sordet.

IN HESIODVM.

Ascraei senis optimi Poetae
Vobis cras ego carmen auspicabor,
Cui non praeferat aureas arenas
Quas voluit Tagus, aut opus Sabeis
Quantus nigri Arabes legunt in agris,
Qui virtutis amat, colitq; laudem,
Et mores volet aureos parare,
Naturaeq; vices videre miras,
Paruo quas docet in libro Poeta
Graecis quem edidit Ascra rure paruo.

IN LVSCINIVM PROscindentem mortuum Huttenum.

Cum laceres miseros crudeli carmine manes,
Nomen erit vultur non Philomela tibi.

ALIVD.

Sis miser & nulli miserabilis, omnia quisquis
A Dijs pro merito cuiq; venire putas.

AD GVILIELMVM Nesenum.

Hunc etiam calamum tibi docte Nesene Philippus
Sinceræ mittit pignus amicitiæ.
Non tantum hic sese confert cum munere Erasmi,
Sed calamo longe cedit Erasmiaco.
Frigida cœnoso tulit hunc Saxonia stagno,
In Nili ripis æditus ille fuit.
Lethæum excußit mundo tandem ille Veternum,
Pingebat Domini cum monumenta sui.
Aurea Mercurij non tantum virga meretur,
Illa sibi quantum laudis arundo feret.
Hos tantum versus mea pinxit arundo, placere
Quantum ipsos versus, hanc etiam opto tibi.

AD IONAM.

Scribere me tantum Caio blanda Epigrammata
Cecropio quæ sint dulcia melle magis. (iußit
Qualibus aut teneram iuuenis permulcet amicam,
Aut puero ad cunas qualia cantat anus.
Qualia vel fatuo vendit Gnatho dicta Thrasoni,
In scena risum cum ciet atq; iocos.

Et

Et vetuit sale seu mordaci tingere aceto,
Lecturi irritent quæ illiciantq; gulam.
Optime Iona cupis causam cognoscere, nulla est
Illius in toto corpore mica salis.

AD REGEM PVERVM.

Cætera turba suo pro carmine munera poscit,
Et gratis versus condere nemo solet.
Non ego pro studio mercedem ferre laboro,
Virtutem precium nam decet esse sui.

ALIVD.

Cum te versibus ornat iste cœtus,
Atq; auro meliora dona mittit,
Et quæ non ebur, optimæq; gemmæ
Indorum superent, tibi sodales
Optant officium suum probari,
Et te Pierias amare Musas,
Quæ virtutis iter solent docere,
Princeps optime commonent frequentes.

ALIVD.

Tum mihi regis eris sceptris & nomine dignus,
Et Phœbo sacrum qui moderere gregem;
Cum vinces cœtum puerorum aliosq; sodales,
Pectoris æternis ingenijsq; bonis.
Irrita tum fient & spes & vota bonorum,
Cum potior Musis rex tibi luxus erit.

ALIVD.

Multos iubebant Persæ regibus oculos

Adesse

Adesse monentiumq; turbam maximam.
Pro te ergo rex fideles omnium excubant
Oculi, officij qui te admonent versu tui.
Horum monitis curabis vt respondeas.

ALIVD.

Si quisquam neget esse me Poetam,
Paucos quod faciam, breuesq; versus.
Is iam non populi leues amare
Me plausus sciat, at mihi bonisq;
Musis me canere, & studere tantum
Nostri principis auribus placere.

Præmeditate loquendum.

Hermogenes voluit laudari, dicere multa
Quod subito posset non meditata prius.
Atticus orator sed contra turpe putabat,
Dicere apud ciues non meditata diu.
Sculpta, inquit, potius recitarem, non modo scripta,
Causa moram ferret si peragenda reo.
Ah vtinam sapiens placeat cogitatio multis,
Fundant ad gnatum votaq; casta Dei.

IN BATPAXOMYOMAXIAN HOMERI.

Mus breuis, & saliens in gurgite Rana palustris
Dum nulla causa prælia stulta cient:
Fulmineo pugnas Iouis ira fragore diremit,
Et tandem fugiens agmen vtrumq; perit.

c modo dira ferunt ex bellis bella Tyranni,

Nec res, sed cœcus armat vtrinq; furor.

eſtiferiq; magis Thebana Sphinge Sophiſtæ,

Verba venenato friuola felle linunt.

Aſpicit hæc vindex oculis Deus omnia iuſtis,

Ne graue cum ſparget fulmen, inermis erit.

Gnate Dei bonitate tua mala tanta leuato,

Et ſerues cœtus Chriſte, regasq; pios.

Diſtichon.

Iuſta Dei ſontes affligit vindicis ira,

Ne dubita, veniet tempore pœna breui.

PHILIPPVS MELANTHON

Iulio Pfluck.

Forte equites Myſi quendam celebrant hymenæum

Atq; agitant conuiuia læti, & pocula certant,

More peregrino Thracum ſiccare viciſsim.

Me miſerum, ipſa ſua germana modeſtia ſede

Exulat, & luxus virtutem eiecit auitam.

Hic vbi conuiuas inter doctiſsime Iuli,

Agnoui iuuenem, veſtro cognomine, clarum,

Inclyta fama tuæ virtutis cogit, vt illum

Compellem, contra me ignotum tractat, habetq;

Comiter, & mecum ſermones miſcuit, eſtq;

De ſtudijs Iulij longiſsima mentio facta.

O te felicem talem cum fata dederunt

Mentem, quæ vulgi damnoſis libera curis,

Vera ſequi certet bona non obnoxia mortis.

Cetera

Cætera turba homines non vno errore tenentur,
Nam pleriq; gulæ sectantur commoda & ipsam
Vincere contendunt Sybarim, pars pallet amore
Accumulandi auri, studioq; senescit habendi.
Ambitioq; capit multos, fascesq; superbi,
Et leue fallacis vulgi studiumq; fauorq;
Hæc quoq; me, nisi Iuli probas, insania cœpit
Flacci more boni, tenues deducere versus:
Sic etiam cygnos imitabere corue canoros.
Tu vitæ melius cœpisti iter ingredi Iuli,
Palladijs natas artes dum solus Athenis,
Atq; auctus veteri Latio in patrium inuehis orbem,
Virtutisq; viam, legesq; ostendere pergis.
Macte animo iuuenis, cœptosq; vrgere labores
Ne desiste, dabit curarum præmia digna
Posteritas melior, iustosq; rependet honores.
Nos, patiare, pio te carmine dicimus, atq;
Esse tui gregis optamus pars optime Iuli.

AD AMICVM.

Nulla venus, nulli sunt nostro in carmine amores,
Quam vereor, ne sit vere ibi nulla Venus.

IOHANNI AMICO.

Optime quem præsens malebam Iane salutem,
Non falsa vobis dicere voce modo,
Hinc elegis ego ferre dedi, iußiq; precari
Vt seruet Christus teq;, tuamq; domum.
Auspicijsq; scholæ faueat, vestrosq; labores
Proueat, atq; suo numine cœpta iuuet.

Ine

Inferat & pueris pulcræ virtutis amorem,
Quos commendauit patria chara tibi.
Si quid agam rogitas, rivo sed lenta grauedo,
Non patitur vires corpus habere suas.
Ipse tamen quæro longo solatia morbo,
Assiduumq; leuo, qua licet arte malum.
Dumq; suos alius census aurumq; repostum
Sollicitis tacitus computat articulis:
Dumq; agitant alij multo conuiuia Baccho,
Et laui cogunt ad numerum bibere:
Fallo domi paruos inter mala tædia amicos,
Et pueros inter, carmine, Iane, meos.
Et quoties fides celebrat mea Musa sodales,
In nostro partem carmine Ianus habet.
Plura ego non potui iam scribere, vive, valeq;,
Teq; precor vatem Christe tuere tuum.

AD IONAM.

Carmina es ausus heri nobis promittere Iona,
Qualia, si rumpat se Gera, nulla facit.
Sed quæ vel lepidum deceat lusisse Tibullum,
Quæue sibi Statius vindicet ille tuus.
Falle licet cœnam quoties condixeris, isti
Delitiæ stomacho conueniunt Siculæ.
Et mea mensa salem tantum, siccumq; ciminum
Proponit, noster quodq; olus hortus habet.
Carmina non liceat promissa negare sodali,
Namq; decet vates candida, crede, fides.

IOHANNI REIFFENSTEIN.

Promissa est à te nobis oratio Iane,
Quæ mercatores vindicet ausa reos.
Regia crede mihi res est defendere, si cui
Non ipsum crimen, sed nocet inuidia;
Et tegere, & seruare bonos facundia debet,
Præsidium virtus scilicet istud habet.
Quare age tandem ausis, & sanctam suscipe causam
Irrita ne fallant nos tua dicta modo.
Conscissam ne vides tragico crudeliter ore?
Qualia de planctris Attica turba sonat.
Tu (bene dicendo conuitia vincere laus est)
Triste nihil meritam voce tuere pia.
Hanc tibi Mæonides diuino carmine laudat,
Cum ferrum, Temesen, ipsa Minerua vehit.
Ascræiq; senis celebrant oracula, cantat
Socratis in gremio qui recubabat olor.
Aude igitur strictamq; pijs vlciscitor armis,
Materia ingenio conuenit ista tuo.
ἄλκιμος ἔσσ᾽, ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ,
Hæc tibi Mæonides classica, Iane, canit.

AD IONAM.

Si vacat exiguum percurras Iona libellum,
Non longi vsuram temporis ille feret.
Non mea mercato viciata oratio fuco est,
Spectariq; suo nuda colore cupit.

Pars est haec laudis quaedam, me iudice, Namq;
Si qua nihil facies bona olet, haec bene olet.
Sed si nostra tibi sordent, formamq; requiris,
Quae nitet externo, luxuriatq; habitu,
Et legere ista piget, librum mihi quaeso remitte,
Quaerendus lector, cui placeamus erit.

EPITAPHIVM CLEOPES Voglerae.

Anno 1542.

Frigida in hoc tumulo Mariae sunt ossa sepulta,
Quae iuncta Cleope nomine dicta fuit.
Digna quidem hoc titulo, quae mores ipsa professa
Exemplo Cleopes congrua vita fuit.
Supplicium quando pro nobis Christus obiuit,
Sanguine vt ablueret crimina nostra suo.
Tunc Cleope moestam ci mitari est ausa sororem,
Vicit enim pietas vera fidesq; metum.
Et missum hunc coelo testata est esse magistrum,
Seq; eius toto pectore dogma sequi.
Sic Cleope nuper tumulo quae conditur isto,
Est Euangelium mente professa sua,
Nec metuit rabiem, & petulantia probra malorum,
Qui spernunt leges optime Christe tuas.
Addidit & castos semper sine crimine mores,
Esset vt exemplum vita pudica bonis.
Vtq; olim Cleope solita est seruire sorori,
Officijs inopes fouit & ipsa pijs.
Ergo virtutis cultor Voglere Georgi,
Te tali orbatum coniuge iure doles.

Quæ forma, ingenio, morum grauitate placebat,
Flagrabat cuius pectus amore tui.
Queq; Deum tecum concordi mente vocabat,
Hæc vincla æterni fœderis esse solent.
Certa se huic animo minuant solatia luctum,
Quæ monstrat nobis Filius ipse Dei.
Iam patris æterni faciem secura tuetur,
Præmiaq; accepit pro pietate sua.
Matronasq; inter Cleopæ sociata priori
Colloquio Christi iam solet illa frui.
His quam nūnc oculis absentem animoq; requiris,
Vxor in amplexus est reditura tuos.
Sermonesq; iterum dulces miscebitis vnà:
Cœlestisq; eritis pars quotacunq; scholæ.
Hîc arcana Deus quæ nunc mens anxia quærit,
In clara vobis luce videnda dabit:
Interea donec renouabit corpora Christus,
Tecta leni terrà moliter ossa cubent.

Anno 1538.

PRAECEPTVM ὑγιεινοῦ.

Caseolos mihi pulcra Venus donabat edendos,
Sedula quos digitis presserat ipsa suis.
Et bene fragrantes quibus interspersesrat herbas,
Intyba Samsucum, Cirsion atq; rosas,
Et quos Ambrosia dulci vinoq; rigarat,
Ne desit succi copia larga boni.
Hei mihi cur tanta non vti munere diuæ,
Difficilis medici me noua cura sinit?

Has mihi qui toties ferales dicit epodas,
Casculos Veneris dira venena putes.

PROLOGVS IN MILItem Plauti.

Deserta scena & mutua aliquandiu stetit
Salesq; refrixerunt, comici ioci,
Cum barbari obruissent tenebris literas,
Sed postquam caput erigunt comœdia,
Fauete quæso in lucem vt vna prodeat,
Præstare id æquum est, vos quibus ipsæ literæ
Ingens decus peperêre, Nec commitere,
Audax vt inceptum, ac nouum fraudi siet
Nobis, amor quos literarum perpulit,
Renouare priscum morem, & hoc spectaculo
Ludos facere, hæc vt studia, & ætas postulant,
Illamq; vos decet fauore prosequi.
Audite nunc in qua velimus fabula
Facere actionis hoc loco periculum.
Germana Plauti est quam modò exhibebimus.
Cuius ferebant ore facundissimo
Musas fuisse libenter vsuras probe
Si quando decressent latinè dicere.
Nomenq; fecit gloriosum militem
Poëta fabulæ, argumentum ex seruulo
Intelligetis, ille sumpsit hoc sibi.
Vt narret ipse, nam crepitaculum est merum,
Quod non molesti bis sumus, mihi gratiam

Debetis, vltro qui loquaci struulo
Cessi. Sed ecce militem delegimus,
Vt in hoc iuuentus nostra inspiciat sedulo
Exemplum, & intueatur hic imaginem
Perinde ac in tabella adumbratam suam.
Nec lac enim lacti, nec ouo est ouum magis
Simile, huic incepto militi quam fuit modò
Qui cum meliores literas fastidiunt,
Rerum omnium tamen scientiam sibi
Audacter arrogant, & inter pocula
In compitisq; venditant suum σοφὸς,
Vulgus prophanum & improbum, atq; futile
Thrasones, atq; Pyrgopolinices meri
Dignißimi quis latera fiant lorea.
Sed eccum militem, fauete actoribus,
Et date iuuentuti crescendi copiam.

PROLOGVS IN ANDRIAM Terentij.

Vestræ periclum fecimus patientiæ
Cum nuper in scena exhibuimus militem,
Animosq; nobis addidit vester fauor,
Vt non patiamur scenam consilescere,
Sed ne mirere. Quid pompæ Theologicæ
Cum comicis iocis? meræ sunt fabulæ,
In pulpitis vt agebant hodie Theologi,
Et chirotecæ & annuli sunt fabulæ,
Nomen Magistri nostri planè fabula,

Postremo qui conduxit operam huius gregis
Theologus est, suoq; iussit fabulam
Prolixior vt risus foret præscripto agi,
Vt vt placebimus, imputari vult sibi.
Adfertur huc Terentiana fabula,
Cui nomen autor ipse fecit Andriam,
Fauete, bellus in medium prodit senex.

EPIGRAMMA PHIlippi.

Comica debetur meritò tibi palma Terenti,
Tanta etiam paruis gratia rebus inest.

PROLOGVS IN HECVBAM Euripidis.

Saluete spectatores candidißimi,
Qui literariæ rei bene cupitis,
Hi me iuuenes daturi hodie Tragœdiam
Orare causam apud vos iusserunt suam.
Ideo hic in ipso constiti proscenio,
Et lege scenica peto, vt æquis auribus
Orationem accipiatis meam, & meos
Gregales inuidiam contra tueamini.
Quidam nouo, atq; infando exemplo clamitant,
Factos alieno tempore ludos scenicos.
Et sera Bachanalia à nobis agi,
Dum Christianis operandum sacrum fuit.
Nec publicos mores, nec sacra lædere
Ludi queunt nostri. Nam non Comœdiam

Iocularem, aut iuueniles amores, furtaue
Puellarum, aut parasitorum scurrilia
Huc adferunt dicta, quæ infirmis solent
Nocere mentibus, sed tetrica fabula,
Sententijsq; referta grauißimis datur,
In qua fortunæ varias cernere est vices,
Quæ magnis opibus inuidens, euertere,
Fastigium ad summum quos euexit, solet.
Si quem fortuna vouit, mollibus hactenus,
Regnumq; si cui gerere præclarum dedit
In populo hunc nostræ commonent Tragœdiæ
Exempla, suspectam fortunæ ducere
Fidem, ima summis momento mutat leui.
Proin fauete nostræ, quæso, fabulæ,
Memorabilesq; vitæ casus noscite,
Tragœdiæ huius autor est grauißimus
Euripides, cuius in poematis ait
Oracula tot, quot versus, esse Tullius.
Quod si placeamus, clare mihi plausum date.
Sed argumentum cupitis scire fabulæ,
Id dicit iam Polydorus emissus specu
Profundo Tartari, fatum questus suum.

PROLOGVS IN THYESTEM SENECAE.

Saluete spectatores candidißimi,
Honoris huc quicunq; nostri gratia
Venistis, & fauetis artibus bonis,
Quarum excolendarum modo causa, quicquid est,

Quod operæ ponimus in agendis fabulis
Sumimus. At ne detineam vos diutius,
Dicam. Thyesten acturi Senecæ sumus,
Et impia fratrum facta, tristesq; exitus
Recitabimus, O quantum ambitio parit mali.
Sic regni scelerata cupiditas omnia
Confusa iura naturæ contaminat,
Vt frater impias fratri inijciat manus.
Proinde spectandum exemplum damus vtile,
Nam cernere hac licebit in Tragœdia,
Nil esse peius ambitione, quæ omnia
Diuina, humana, iusq; & vas vertere solet.
Quæ florentißimis quibusq; fere fuit
Exitio ciuitatibus, quæ deniq;
Tum plurimum nocet, cum in templa irruperit,
Vbi hoc tempore sæuam exercet Tyrannidem.
O Dij quam tristis his impendet exitus,
Qui dum parant regnum sibi, sacra polluunt.
Sed ecce prodit Tantalus huc ab inferis,
Is dicet argumentum huius Tragœdiæ.

PROLOGVS IN PHORMIOnem Terentij.

Vobis salutem noster hic optat Chorus,
Qui veste quamuis scenica in theatrum venit
Mentes tamen, moresq; castos, & pios
Retinet, Deumq; vult iocis & scrijs

 Adesse

Adesse, quem precamur, vt nos protegat,
Seruetq; literariam Rempublicam.
Nam quod didicere fabulas, quas exhibent,
Honesta causa est vt latini copia
Sermonis exhauriatur ex his fontibus.
Huic vos studio fauere maxime decet;
Et rebus ipsis vtilitas & gratia
Ingens inest, imagines vitæ omnium
Pinguntur in Terentij Comœdijs,
Quæ singulos, qualis deceat moderatio,
Qualisue in actione dignitas, monent.
Leporq; mixtus est, salesq; candidi.
Qui suauitate orationem condiunt,
Et sæpe tecte commonent, quod expedit.
Dixisse quondam fertur Attica ciuitas,
Natos Menandri Comici lepidos sales
Illa ex salis spuma, Venus qua dicitur
Exorta, primum ex Oceano cum prodijt:
Id prædicari & de Terentij iocis
Quanquam seuerioribus conceditur.
Nunc Phormionem acturus est noster chorus
Qui præbet in hoc innoxios theatro iocos,
Sed Phormiones sunt opinor plurimi
Alij, suis qui sycophantijs mouent,
Vertuntq; tota regna, quos coherceat
Deus, piamq; Ecclesiæ pacem suæ
Det sycophantarum peremptis cœtibus,
Vt omnium incendat regentum pectora,

Vt veritatem traditam diuinitus
Et iura, iustitiamq; Deo gratam colant.
Sed cesso. Nunc Terentianam fabulam
Audite quæso cum modestia, vt decet.

EPICEDION NICOLAO Cæsio scriptum.

Ergone supremis rapuit mors improba fatis
Te Cæsi, Aonij gloria magna chori.
Hic tua cura fuit iuuenilia corda docere,
Et mecum Christi multiplicare gregem.
Mox erit vt coram cernamus vterq; loquentem
Te λόγον æterno de genitore satum.
Tunc nobis inter sanctos arcana recludes
Omnia, in æterea Christe benigne schola.
Interea Cæsi mihi dilectißime salue,
Perpetuumq; salue, perpetuumq; vale.

IN PINDARVM. Anno 1545.

Pindarum quisquis volet explicare,
Ille ceratis ope Dædalea
Nititur pennis, vitreo daturus
Nomina ponto.
Forsan his verbis aliquis monebit,
Vt relinquamus tenebras vetusti
Vatis, ad Dircen sua qui fouebat
Carmina fontem.
Multa sunt quamuis satis inuoluta,
Delphicæ sortes veluti fuerunt:

Sunt tamen rursus quoq; planiora
Plurima membra.
Quæ canunt Regum memoranda facta
Literis nullis alijs relata,
Et regunt mores hominum sequaces
Laude bonorum.
Cum Duces Græci petiêre Cholchos,
Phasidos ripis legerent vt aurum,
Narrat Alciden agitasse remos
Lege coactum.
Sic docet summis etiam Deorum
Filijs legum patienda vincla:
Legibus vires & opes superbas
Cedere iustum est.
Bella Titanum recitans nefanda,
Arma qui contra superos tulerunt,
Impios fato simili perire
Præmonet omnes.
Ergo virtutis, sapientiæq;
Musa doctrinam quia tradit isto
Pindari scripto, iuuenes modesti hunc
Noscite vatem.

PHILIPPI ME-LANTHONIS EPI-grammatum.
Liber Tertius.

DE PVDICITIA, EX BACHYLIDE.

Vt cum de statua facies formosa remota est,
Non decus in reliquo corpore truncus habet:
Sic reliqui mores spreti sine honore iacebunt,
Ni sint ornati laude pudicitiæ.

Δίσιφον.

Οἰνόποτε ἦν μέτριος, κοὐ χρὴ τὴν ἀπόλαυσιν ἐρατεί
ἥδιστος βίοτος σὺν φόβῳ ὄντι θεοῦ. (ὕγες

Fortuna hominum instabilis &c.

Οὐ τύχαι ἀνθρώποις τῷδ' ἐν βίῳ ἔμπεδοι εἰσὶν
καὶ φεύγουσιν ἀεὶ ὡς ἀμενηνὸν ὄναρ.
Ἀλλὰ θεοῦ ἔλεος τοῖς εὐσεβέεσσι βέβαιον,
τούτῳ πιστεύειν χάρμα βροτοῖσι μόνον.

Ad Doctorem Magerium Aurelianum:

Κελτικὸν ἐς εὐεργετικὸν γένος, ὦ φίλε δράχμας
πισάρας οὖν πτωχῷ πέμπε μελαγχολικῷ.

PLATO IN EPINOMIDE ait, Gratam de Deo famam in astris, & doctrina astrorum sparsam esse, quæ sententia hoc venustißimo disticho expressa est:

Ἄστρα

Ἄστρα μὲν αὐτὰ πέλει θείας σημεῖα προνοίας,
μᾶλλον δ' ἢ ἄστρων θεὸν ἐστ' ἐν διδαχῇ.
Astra quidem sunt ipsa Dei certißima signa
At doctrina Deum certius esse docet.

EX MENANDRO.

Ὁ βίος μάλιστα τοῖς πονηροῖς ἥδεται,
πρῶτα δ' ὁ κόλαξ ἄριστα πάντων,
δεύτερος ὁ συκοφάντης, ὁ κακοήθης τρίτατος.
Hæc vita gaudet improbis potißimum,
Sed assentator omnium primas tenet,
Viuitq; longe iucundißime omnium
Deinde Sycophantæ proximus est honos,
Audire enim calumnias dulce admodum.
At terti⁹ conceditur locus inuido,
Artes nocendi qui scit astutißime.

EX XVIII ILIAD.

Homeri.

Sit procul à Diuûm, atq; hominum discordia cœtus

EX SECVNDO

Iliados.

Ad naues Ithacus properè contendit Achiuas,
Et sceptro armatus perfert mandata Mineruæ,
Hic vbi forte aliquem proccrum virtute videbat
Præstantem, blando reuocabat comiter ore,
Non hæc, non decet hæc fortes fuga, siste pudendum
Siste gradum, ire dutumq; simul compescito vulgus,
Atridæ quæ sit nondum sententia nosti,
Ille animos tantum vafer explorabat inertes.

Sequid

Et quid adhuc salua pudeat discedere Troiá,
Forsitan & turbæ dabit huic insania pœnas.
Non est, crede mihi, Regum placabilis ira,
Maiestate potens rerum quos Iupiter auxit.
Huic etiam Grææ dux curæ est gentis Atrides.
Verum ex plebe aliquem nil magnæ laudis egentem,
Tunc etiam solido tantum clamore ferocem
Deprendens, dure increpitat, sceptrumq; minatur.
Quò vesane ruis, mentemq; quis impulit error?
Quin ades & melior quæ sit sententia disce
Principibus, quibus est solis res publica curæ,
Quam neq; consilio, neq; possis Marte iuuare,
Omnibus hic nunquam simul imperitare licebit,
Nam multos regnare malum est, Rex vnicus esto,
Cui sceptrum, cui iura dedit Saturnius vni,
Huic debes parere Duci, atq; audire monentem.

Iliados sexto, Hector.

Ζεῦ ἄλλοιτε θεοὶ, δότε δὴ καὶ τόνδε γενέσθαι
παῖδ' ἐμὸν, ὡς καὶ ἐγώ περ ἀριπρεπέα Τρώεσσι
ὧδε βίην τ' ἀγαθὸν καὶ Ἰλίου ἶφι ἀνάσσειν.
καὶ ποτέ τις εἴπησι, πατρὸς δ' ὅγε πολλὸν ἀμείνων,
ἐκ πολέμου ἀνιόντα, φέροι δ' ἔναρα βροτόεντα,
κτείνας δήϊον ἄνδρα, χαρείη δὲ φρένα μήτηρ.
O superi talem fieri concedite gnatum,
Qualis ego existo, & virtute excellere ciues,
Ingens vt patriæ sit præsidiumq; decusq;
Et si quando redit cæso fœliciter hoste,

Et spolijs auctus, conclament vndiq; Troes:
Hic superat virtute patrem, quae gloria nati
Soletur tristem matris recreetq; senectam.

DE Achille libro nono Iliados:

Τὸν δ' εὗρον φρένα τερπόμενον φόρμιγγι λιγείῃ
καλῇ, δαιδαλαίῃ, ἐπὶ δ' ἀργύρεος ζυγὸς ἦεν
τὴν ἄρετ' ἐξ ἐνάρων, πόλιν ἠετίωνος ὀλέσσας,
τῇ ὅγε θυμὸν ἔτερπεν, ἄειδε δ' ἄρα κλέα ἀν-
δρῶν.

Deprendunt Cithara cum tristes leniit iras
Peliden, erat autem operi pulcherrima forma,
Argentoq; iugum factum latera alta tegebat,
Betionea spolium hoc auexerat vrbe,
Hac animum ille aegrum Cithara mulcere solebat,
Cum caneret laudes maiorum, & fortia facta.

EODEM libro Vlysses recenset mandatum Pelei patris, quo Achillem ad comitatem adhortatus est.

Ὦ πέπον, ἦ μὲν σοίγε πατὴρ ἐπετέλλετο Πη-
λεύς,
ἤματι τῷ, ὅτε σ' ἐκ Φθίης Ἀγαμέμνονι πέμπε
τέκνον ἐμόν, κάρτος μὲν ἀθηναίη τε καὶ ἥρη,
δώσουσ', αἴκ' ἐθέλωσι, σὺ δὲ μεγαλήτορα θυμὸν
ἴσχειν ἐν στήθεσσι. φιλοφροσύνη γὰρ ἀμείνων.
ληγέμεναι δ' ἔριδος κακομηχάνου, ὄφρα σε
τίωσ' ἀργείων ἠμὲν νέοι, ἠδὲ γέροντες. (μᾶλλον

Cum

Cum Pater ex Phthia comitem te misit Atridæ,
Quæ dederit mandata tibi suprema, memento
Aeacide, lachrymans cum multa mouetq; rogatq;
Incertam belli fortunam Gratæ Deorum
Committe arbitrio & fatis, victoria læta
Continget, superi si vestra incepta secundent,
Sed iuuenilem animum frenare & vincere, cura
Sit tua. crede mihi, placido est nil pectore maius,
Atq; iram furiale malum compesce, reuertur
Hæc virtus iuxta iuueniumq; senumq; fauorem.

Et paulo post Phœnix dicit se à Peleo patre Achilli iuueni comitem datum esse ad bellum, vt illum efficeret Oratorem verborum, actoremq; rerum.

Σοὶ δὲ μ' ἔπεμπε γέρων ἱππηλάτα Πηλεὺς
ἤματι τῷ ὅτε σ' ἐκ φθίης ἀγαμέμνονι πέμπε
νήπιον, οὔπω εἰδόθ' ὁμοιΐου πολέμοιο, (σι:
οὐδ' ἀγορέων, ἵνα τ' ἄνδρες ἀριπρεπέες τελέθου-
τοὔνεκά με προέηκε διδασκέμεναι τάδε πάντα
μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων. (τα
Incertos casus, dubijq; pericula Martis,
Consilijq; artes nondum Pelide tenebas,
Quæ decus immensum pariunt, famamq; perennem.
At tibi me Peleus comitem pater addidit, vnde
Discendi discas rationem, & fortia facta.

EX EODEM LIBRO.

ἀφρύτωρ ἀθέμιστος ἀνέστιός ὅστιν ἐκεῖνος,
ὃς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου ὀκρυόεντος.
Exulet vrbe ſua longè laribusq; domoq;,
Qui cupit in ſeſe ciues dira orma parare.

Κηριοκλέπτης Θεοκρίτου.

Σὺν κλέπταν ποτ' ἔρωτα κακὰ κέντασε μέλισσα
κηρίον ἐκ σίμβλων συλεύμενον, ἄκρα δὲ χειρῶν
δάκτυλα πάνθ' ὑπένυξεν. ὁ δ' ἄλγεε καὶ χέρ' ἐφύση,
καὶ τὰν γᾶν ἐπάταξε καὶ ἅλατο. τᾷ δ' ἀφροδίτᾳ
δεῖξεν τὰν ὀδύναν, καὶ μέμφετο ὅττι γε τυτθὸν
θηρίον ἐντὶ μέλισσα καὶ ἁλίκα τραύματα ποιεῖ.
χὰ μάτηρ γελάσασα, τί δ' οὐκ ἴσον ἐσσὶ μελίσσαις.
χὼ τυτθὸς μὲν ἔης, τὰ δὲ τραύματα ἁλίκα ποιεῖς.

PHILIP. MELANTH.

E paruo aluelo furantem mella precacem,
Fixit apis puerum Veneris, digitoſq; tenellos
Vulnere non vno lacerauit, ſauc[i]a leſo
Intumuitq; manus, verum puer ipſe doloris
Impatiens, plodensq; ſolum pernicibus alis
Subuolat ad matrem, digitos monſtratq; cruentos,
Quantula, ait, volucris mortalia vulnera fecit,
Mater ait ridens, tantillus qualia ſæpe,
Vulnera das puer, ac apibus non corpore præſtas.

EX

EX HESIODO.

οὗτος μὲν πανάριστος ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ·
φρασάμενος, τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω.
ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται,
ὃς δέ κε μήτ' αὐτῷ νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
ἐν θυμῷ βάλληται, ὅδ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.

Omnia per ſeſe qui præuidet optimus ille eſt:
Proximus ille tamen qui paret recta monenti:
Sed qui non ſapit ipſe, nec audit recta monentem,
Inuida ei mentem miſero natura negauit.

Aliter redditum.

1. *Qui nullo monitore poteſt facienda videre,*
Quęq; decent, queq; euentus in fine ſecundos
Sunt tandem paritura, ſuiſq; obtemperat ipſe.
Conſilijs, mores vera ratione gubernans,
Anteit hic alios virtute & laudibus omnes.
2. *Sunt alij minus ingenio pleriq; ſagaces,*
Qui parēre tamen curant meliora monenti,
Laudandos inter recte numerantur & iſti.
3. *Sed qui nec ſapit ipſe, nec audit recta monentes,*
Nec patitur frenos, nec legum vincula curat,
Sed pronus ſequitur, quò traxit cæca libido,
Hic malus, ac odio dignus ducatur, & idem
Accerſet pœnas ſibi tandem, & triſtia damnat.

In κηριοκλέπτην *Theocriti.*

Pungit apis puerum Veneris, dum dulcia mella
Furatur, sic sunt dulcia mixta malis.

Prodigium conspectum in ciuitate Sibari sita in extrema parte Italiae, antequam deleretur.

Cum Sibaris peritura fuit sunt omina visa:
Praecedunt poenas nuncia signa graues.
In medio conspecta foro bilem atq; cruorem,
Terribili specie lurida Iuno vomit.

Citeos fuisse in locis vicinis Macedoniae ex Homero manifestum est, qui sic ait Odyss. 11.

Ἀλλ᾽ οἷον τὸν Τηλεφίδην κατενήρατο χαλκῷ,
ἥρω᾽ Εὐρύπυλον, πολλοὶ δ᾽ ἀμφ᾽ αὐτὸν ἑταῖροι
κήτειοι κτείνοντο, γυναίων εἵνεκα δώρων
Ipse Neoptolemus telo traiecit acuto
Magnanimum Eurypylum, genuit quem Telephus ingens
Ceteosq; olim iuxta postrauit, in arma
Coniugium quos promissum traxisse ferebant.

VERSVS Oppiani de ardore inter ceruum & ceruam.

Ἀλλὰ πόσι κραιπνοῖσι θέων ἐκίχανε θέουσαν
φεύγουσαν μάρπτει δὲ καὶ ἀγκὰς ἔχει παράκοιτιν.
Ipse quidem ceruus pedibus velocibus ipsam
Cum fugit, assequitur, sistitq; amplexus amatam.

IOCASTE apud Euripidem ad filium Eteoclem.

Ὦ τέκνον οὐχ ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακὰ
Ἐτεόκλεες πρόσεστιν, ἀλλ' ἡ ἐμπειρία
ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον.
Senecta non laborat omnibus malis,
Sed grate, magnam rerum habet experientiam,
Dicendo polleat vt plus iunioribus.

Εὐκλείδου γεωμετρικοῦ.

Ἡμίονος καὶ ὄνος φορέουσαι οἶνον ἔβαινον,
αὐτὰρ ὄνος στενάχιζεν ἐπ' ἄχθει φόρτου ἑοῖο.
τὴν δὲ βαρυστενάχουσαν ἰδοῦσ' ἐρέεινεν ἐκείνη,
μῆτερ τί κλαίουσ' ὀλοφύρεαι ἠΰτε κούρη.
εἰ μέτρον ἕν μοι δοίης, διπλάσιον σέθεν ἦρα
εἰ δὲ ἓν ἀντιλάβοις, πάντως ἰσότητα φυλάξεις
εἰπὲ τὸ μέτρον ἄριστε γεωμετρίης ἐπίστωρ.
Mulæ Asinæq; duos imponit seruulus vtres
Impletos vino, segnemq; vt vidit Asellam
Pondere defessam, vestigia figere tarda,
Multa rogat. Quid chara parens cunctare, gemisq;
Vnam ex vtre tuo mensuram si mihi reddas,
Duplum oneris tunc ipsa feram, Sed si tibi tradam
Vnam mensuram, fient æqualia vtriq;
Pondera: Mensuras dic docte Geometer istas.

EPITAPHIVM Guilielmi Neseni.

Ὡς τὸ βροτῶν γένος ἐς ἀνεμώλιον, καὶ ἀμεί-
νω νέοι, ὡς αἰὼν πᾶσιν ἄπιστος ἔνι, (συννόμ,
ἀπροϊδὴς θάνατος Νεασκιὼν ἔμαρψε νέον πρὸ,
ἄξενον ὃν συγγρῶ ἄλβιος οἷδ' μ' ὄλεσε.

EPITAPHIVM Petri Mosellani.

Κεῖται τῷδ' ἐνὶ τάφῳ πέτρος, ποταμοῖο μοσέλλας
τοὔνομ' ἔχων, ῥήτωρ ὅς ποτε ἡδὺς ἔην.
τοῦδε μακρόν τε βίον, γῆράς τε φθόνησε ποθεινόν
αὐτῷ δ' ἄσβεστον μοῖρ' ἀπέδωκε κλέος.
πᾶς δ' ἦ μινυνθάδιος καὶ τἰσεσία πέλετ' αἰών.
κρείττονος οὖν δώρου γῆρας ἄμειψε θεός.

EPITAPHIVM Doctoris Martini Lutheri.

Πολλ' ἀγαθὰ ποιῶν, πολλ' εὐσεβέα τε διδάσ-
Δούτηρος, τύμβῳ σῶμα δέδωκε ἑόν. (κων

Qui Christum docuit pure, & bona plurima fecit,
Lutheri hac vrna molliter ossa cubant.

EPITAPHIVM Iohannis Eccij.

Πολλὰ φαγὼν, καὶ πολλὰ πιὼν, καὶ πολλὰ κακ'
εἰπών,
ἐν δὲ ταφῷ ἔκιος γαστέρ' ἔθηκε ἑήν.

Multa vorans et multa bibens, mala plurima dicens
Eccius, hac posuit putre cadauer humo.

SYRII ortus noxios æstus efficit, ex Homero Iliados 22.

Quem senior Priamus primus conspexit in armis
Fulgentem veluti Sidus quod Sole relicto
Anteit Autumnum, nocturnosq; eminet inter
Ignes, atq; suo vincit splendore tenebras,
Formosiq; tenet nomen Canis Orionis,
Qui febrim & morbos miseris mortalibus adfert.

Elementa contrarias habent qualitates, & pugnant inter se, ex Empedocle.

Iungit amor quandoq; elementa, & semina rerum,
Dissiliunt odijs eadem certantia rursus.
Sic res gignit amor, sed non durabile quidquam
Nascitur, inq; vices mutantur cuncta subinde.

Ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν᾽ εἰς ἓν ἅπαντα,
ἄλλοτε δ᾽ αὖ δίχ᾽ ἕκαστα φορεύμενα νείκεος ἔχθει.
τῇ μὲν γίγνονται, καὶ οὔ σφισιν ἔμπεδος αἰών,
τῇ δ᾽ ἀλλάσσονται τὰ διάμπερες, οὐδ᾽ ἅμα λήγει.

Arato Sicyconio, statua est posita in patria propter eius virtutem, cum hac inscriptione.

Βουλαὶ μὲν καὶ ἄεθλα καὶ ἁ περὶ Ἑλλάδος ἀλκὰ
τοῦδ᾽ ἀνδρὸς στῆλος πλάθεται Ἡρακλέους.

ἀμὲς δ' εἰκόν' Ἄρατε τεὰν ἀμ νόστοιο τυχόντες,
Στάσαμεν ἀντ' ἀρετᾶς ἠδὲ δικαιοσύνας,
σωτῆρας σωτῆρσι θεοῖς, ὅτι πατρίδι τᾷ σᾷ
δαίμονι σῷ, θείαν ὤπασας εὐνομίαν.

Id est.

Venit ad Herculeas quanquam tua fama columnas,
Dum patriam seruas inclyte Arate tuam;
Nos tamen hanc statuam pro libertate recepta,
Virtutis testem fecimus esse tuæ.
Communis tibi cum dijs seruatoribus esto
Hic honor, in patriam nam pia iura refers.

ORACVLVM ex Pausania, quo pœna Lacedæmonijs ob duas filias Scedasi vi stupratas, & in puteum abiectas, in Leuctris denunciata fuit.

Leuctra mihi sunt curæ, & mors tristissima gnatæ
Occisæ Scedasi quæ periere duæ.
Hic atrox fiet pugna, & sæuissima cædes,
Fatalis quando venerit illa dies.
Quem prius haud quisquam norit, quam Dorica pubes
Amittet robur, militiæq; duces.

ORACVLVM in Achaicis Pausaniæ, in quo duo describuntur Philippi, quorum priorem ait fore felicem regem, posteriorem vero, videlicet illum qui cum Romanis bellum gessit, regni euersorem.

In Macedum populis clarissima regna tenebunt,
Argiua de stirpe, bonum, damnumq; Philippi.
Horum qui prior est, gentes vrbesq; domabit,
Sed veteris regni perdet decus omne secundus
A populis victus, quos mittent vesper & ortus.

APOLLO apud Callimachum inquit, communem esse victoriam sibi et Ptolemæo Euergeti, qui etiam Celtis in Asia grassantibus resistebat.

Contra hostem fient communia prælia nobis,
Celtica cum contra Græcos gens bella mouebit,
Titanum soboles, extremo cardine terræ
Effusa, Hesperias & sedes effera linquet,
Continuas densas niues vt spargere Bruma
Flante solet Borea venient sic agmina densa, (est.
Non tamen hæc stolidis Galatis via fausta futura

CLYPEVS Titi Flamminij suspensus in Templo Delphico cum hac inscriptione.

Tyndaridæ fratres, quorum fuit inclyta virtus,
Custodes inter quos modo Sparta colit.
Leges, Libertas, & Pax sunt optima dona,
Hæc Græcæ genti dat Titus Æneades.

VERSVS Empedoclis.

φοιτᾷ δ' φρoτoλoίγoς, ἔρις κενεὸν λελακυῖα,
Vana sonans adfert sæuas discordia cædes.

Vel sic.

Incedit paßim mala lis & inania garrit.

Quales sunt Dominæ, tales sunt catellæ.

Forte cubos primum posuit cum futilis Abbas,
Tunc sese Monachi ludere iure putant.

Idem Græce:

Ὅππαν πρῶτα κύβους βάλλῃ ποτὲ μάργος ὁ Ἀββᾶς,
παίζειν οἴονται οἱ μοναχοὶ νόμιμον; (βας.

Ex Arato de Cometis.

Ὄφρα τις εὐετίης χαίρῃ ποῦ δέ γ' μῶνος ἀνήρ,
μήθ' εἶεν καθ' ὕπερθεν ἐοικότες ἀστέρες αἰεί,
μὴδ' εἷς, μήτε δύω, μηδὲ πλέονες κομόωντες,
πολλοὶ γὰρ κομόωσιν ἐπ' αὐχμηρῷ ἐνιαυτῷ.
Fertilis Agricolæ votis contingat vt annus,
Nunquam crinitum videatur in aëre sidus.
Non vnus geminiue micent, pluresue Cometæ.
Apparere solent nam sicco tempore crebri.

Epigramma, quo venustè significatum est, & turbari mentem vino, & accendi corpora ad libidinem.

Ὥπλισμαι πρὸς ἔρωτα περὶ στέρνοισι λογισμόν,
οὐ δέ με νικήσει μοῦνος ἐὼν πρὸς ἕνα,

θνητὸς

θνητὸς δ' ἀθανάτῳ συνελεύσομαι, ἤν δὲ βοηθὸν
βάκχον ἔχῃ, τί ποιεῖν πρὸς δύ' ἐγὼ δύναμ.

Hoc est.

Sum satis illecebras contra munitus amoris,
Ne solum solus me superare queat.
Nec formido Deum, quamuis mortalis, at ille
Si Baccho adiunget numina magna sibi,
Non hospes contra geminos contendere possum,
Et spolia ex vno est non graue ferre duos.

Versus qui recitantur in oratione Lycurgi contra Leocratem.

Ὅταν γὰρ ὀργὴ δαιμόνων βλάπτῃ τινὰ
τοῦτῳ πρῶτον ἐξαφαιρεῖται φρενῶν
τὸν νοῦν τὸν ἐσθλόν, εἰς δὲ τὴν χείρω τρέπει
γνώμην, ἵν' εἰδῇ μηδὲν ὧν ἁμαρτάνει.

Id est.

Iratus ad poenam Deus si quos trahit,
Auferre mentem talibus primum solet,
Caliginemq; offundit, vt ruant suas
Furenter in clades, sibi quas noxij
Accersiuerunt vltro consilijs malis.

Versus Euripidis, qui in eadem oratione recitantur, sic sunt redditi latinè.

i quis beneficium est daturus ciuibus,
l gratius fit liberali pectore

Et sponte cum datur: datum morosius,
Lenteq; non habebit vllam gratiam.
Ergo volens gnatam exhibeto patriæ,
Vt fiat hostia pro salute publica.
Mentemq; causæ permouent graues meam,
Vrbs nostra multis antecellit cæteris,
Nequaquam enim confluxit huc ex dissonis
Confusa multitudo gentibus, gerens
Moresq; naturasq; dissimiles sibi:
Sed mater hæc est vna tellus Attica,
Stirpis vetustæ ciuium ex hoc quam solo
Mundi architectatrix creauit mens Dei,
Virtutis acres inserens stimulos satæ.
Sed condidêre vrbes coloni cæteras,
Passim profecti dissitis regionibus,
Non congruentes mentibus, lusor velut
Si discolores in fritillo misceat
Talos. At vrbem quisquis externam incolit,
Vt in tigillo nodus asper eminens,
Ceu lignum ad ordinem ædificij non quadrans
Non ille mente ciuis est, sed nomine.
Nostra ergo pro patria, verendis legibus,
Et constituta moribus bonis decet
Pericla adire, & perpeti ærumnas graues,
Causamq; quare procreamus liberos
Hanc esse præcipuam putandum est, vt Dei
Notitia luceat futuris seculis,
Semperq; custodes fient superstites

Cœlestium legum, atq; templorum Dei,
Qui in patria lucantur has res optimas,
Et disciplinam ciuium, & mores bonos
Non impia feritate deleri sinant.
Nec franget vllus hoc nostrum pectus timor,
Violare leges vt velim sanctißimas,
Quæ singulos prodesse patriæ iubent,
Cum morte filiæ vnius periculo
Nunc liberari tota poßit ciuitas.
Nam me decet numeratio, vt seruem magis
Quo plus videmus esse, quam quod est minus.
Vnam domum labi, minus certe est mali,
Quam ciuitatem ruere totam funditus.
Si pro puella germen esset masculum
Natum mihi, belluinq; forte poscerent,
Ciues vt hostem dimicantes prælio
Depellerent, num filium mortis metu
Recusem in aciem mittere? At vero mihi
Tales ego opto filios, qui fortiter
Et prælientur, & velint excellere
Inter viros virtute clari cæteros,
Nec sint in vrbe ceu figuræ inutiles,
Aut picta ceu simulacbra parietes tenent.
Sed sæpe matrum lachrimæ cum filij
Arma induunt, animos eorum effœminant.
Harum ciulatus atq; mollia pectora
Non laudo, quibus ignaua vita charior
Est filiorum, quam decus pulcherrimum.

Et quæ suis suadere turpitudinem
Audent, honore nec sepulchri, & posteri
Mouentur adprobatione seculi,
Quod prædicat virtutem eorum laudibus
Veris & immortalibus, qui patriam
Et templa protexêre, nec mortis metu
Cessere nostris hostibus, nec sanguinem
Vitamq; dubitarunt suam profundere.
Et filiæ nostræ futura est gloria
Aeterna, si pro patria mortem oppetat,
Geminasq; seruabit sorores vnica.
Cædam ergo gnatam, vt fiat hostia ciuibus,
Non dico enim esse propriè vnius meam,
Nisi quod ex aluo mea ceu plantula
Nata est. At vrbe perdita simul omnia
Perire nosq; liberosq; cernerem.
Sed dixeris. Extincta si sit filia,
Nos vna in vrbe sceptra deinde amitteres
Esto ferent vt fata, stirps tunc altera
In vrbe nostra principem teneat locum.
Seruasse patriam maius est regno decus:
Deniq; voluntas recta sit quod possumus
Præstare, legibus volo sanctissimis
Parere, nec violare eas sciens velim.
Et interim fruar bonis communibus,
Legum ordine, atq; disciplina ciuium,
Quæ me volente nullus hic deleuerit,
Non sede stantem Palladem firmissime,

Leuáq; terrificos tenentem Gorgonis
Angues mouebit, aut ab Arctoa plagâ
Eumolphus huc exercitum ducent ferum;
Aut barbaræ gentis furor Thracensium:
Ne Costis hic trophæa figet vspiam,
Nullos triumphos hic aget, nec laurea
Victrice glorians superbe ornabitur.
Concedo, ciues victimam hinc abducite;
Vt salua sit victrixq; nostra patria;
Nam filiæ vitæ salutem publicam,
Immota stat sententia, anteponere;
O patria vtinam diligant te singuli
Ciues, vt hoc ardet meum pectus tui
Amore vero si voluntas principum
Talis foret tranquillior status tuus
Maneret, & motus domesticos mali
Ciere non possent, & hostes exteros
Arcere posset omnium concordia.

HECTOR apud Homerum Iliados 15. adhortatur Troianos, vt pro patria dimicent.

Conferti naues animis ingentibus inter
Quisq; suo pugnate loco, nec vulnere quisquam,
Seu mortis fugiat pauidus formidine victus,
Sed iaceat, si quem fati sors dura peremit,
Pro patria magnum decus est profundere vitam;
Nam reliqui ciues nostra virtute teguntur,

 Et

Et saluæ interea matres, natiq; manebunt,
Qui sunt ætatis res tutæ semina, & vrbis.
Templa manent, legesq; bonæ, pietasq; pudorq;
Et tunc quisq; suis rebus fundisq; fruetur,
Cum pulsi fugient hostes in patria regna.

POEMA veteris Poetæ Tyrtæi latino carmine reddi-tum.

In prima pugnantem acie cecidisse decorum est,
Seruantem patriæ mœnia chara suæ.
Nam miserum est patria amissa laribusq; vagari
Mendicum, & timida voce rogare cibos.
Cum natisq; errare suis & coniuge mæsta,
Et cum matre pia, cumq; parente sene,
Omnibus inuisus quoscunq; accesserit exul
Semper erit, semper spretus egensq; iacet.
Nullus honos generi est, & perdita gratia formæ est,
Cunctaq; tabescunt membra dolore graui.
Curat nemo vagos, & lædere nemo veretur,
Non exul curæ ducitur esse Deo.
Intrepidi pugnate viri, & profundite vitam,
Quam patriæ debet reddere quisq; suæ.
Nemo aciem linquens alijs sit causa pauoris,
Iunge manipulari corpus, & arma tuo.
Ingentiq; ira flagrent audacia corda,
Nec vitæ nimius pectora frangat amor.
Nec iuuenile agmen tardos ætate relinquat,
Corpora sunt quorum languidiora, senes.

Indignum est aciem ante senilia fusa iacere
Corpora, iam iuuenum diffugiente manu.
Quo magis hoc miserum est in puluere linquere vitã,
Caniciéquod sint iam veneranda sua.
Quam triste est latis spectare iacentia passim
Nudata in campis membra cruenta senum.
Qui quanquam exhalant animas meminere pudoris,
Quaéq; decet partes occuluisse, tegunt.
Ac superant formæ iuuenilia corpora flore,
In quibus & virtus gratior esse solet.
Inq; acie iuuenem prima pugnare decorum est,
Signa etiam decus est si cadat antè sua.
Ergò tuo consiste loco pede firmus vtroq;
Compressos dentes, & labra morsa tenens.

VOLVCRES potius mortem oppetunt quàm nidos deserunt, ex veteri poëmate.

Οὐδ᾽ ἀγρία γὰρ ὄρνις ἣν πλάσῃ δόμον,
ἄλλῃ νεοσσοὺς ἐντεκεῖν ἠξίωσεν.

Hoc est:

Non quem sibi nidum volucris struxerat
Relinquit, atq; cedit alteri fugax,
Ouis vt alia ibi incubet recentibus.

EX Euripide in Phœnißis.

Si quis malorum gaudeat commertio,
Rogare qualis ipse sit, nihil est opus:

Nam quisq; similis est sodalitij sui,
Vadens ad aucupia cum visco & illice.

Iambica ex Antigone Sophoclis.

Non pectus ullius potest introspici,
Vrbis Magistratus priusquam gesserit.
Ego, si quis in graui periclo ciuium,
Vere salutarem sciens sententiam,
Eam timore victus occultat tamen,
Hunc iudico ciuem esse malum ac inutilem;
Et si quis antefert saluti patriæ,
Priuati amici gratiam atq; munera,
Hic omnium est mortalium iniustissimus.
Ergo Deum testem inuoco, si patriæ
Discrimen impendere videro meæ,
Me voce dicturum atq; mente libera
Sententiam, verissima quæ videbitur.
Nec ullus hostis ciuitatis publicus,
Priuatim amicus esse ducetur mihi;
Sed nauis hæc quæ seruet omnes vnica
Sit ciuitas, qua cum vehimur integra,
In ipsa amicos quærere florente liceat.

EPITAPHIVM REVERENDI viri D. Iohannis Hessi S. Theologiæ Doctoris, & Vratislauiensis Ecclesiæ pastoris;

ἐςὶ θεῷ λιπαρῶν θυσία χαριεςέρα ἄλλων,
καὶ ὀδμὴν γλυκερὰ λοιβὴ ἰοῦσ᾽ ἀγαθήν:
τὴν σοφίαν καθαρῶς εὐαγγελίοιο διδάσκειν,
καὶ φωνεῖν ὁσίους δόγματα θεῖα φρεσίν.
τοῖος ἰωάννης ποτὲ ἔνθα διδάσκαλος ἦεν,
ᾧ πατρῷα ἔην Εϖος ἐπωνυμία.
θέσφατα ὅς λαοῖς σπείρων ἐντάλματα χριςοῦ
πιςὸς ἑὴν δολερὰς οὐ προσέμιξ᾽ ἀπάντας.
καὶ τίμησεν ἀκιβδήλοις ἀρεταῖς θεὸν αἰεί,
ἐν κραδίῃ πίςιν, σεμνά τε ἤθη ἔχων.
τὴν οὖν ἐς μακάρων ψυχὴν θεὸς ἤγαγ᾽ ὅμιλον,
ἐν δὲ σορῷ ταύτῃ λείψανα θῆκε πόλις.

EPITAPHIVM

LEONARTI, FILII VIRI CLARISsimi viri Georgij Maioris Doctoru Theologia.

παιδία οἰκτίρμων δέχεται ἄχθεντα πρὸς αὐτὸν
παντοκράτωρ ὁ θεὸς κοὐκ ἀπολέσθαι ἐᾷ.
δέξατο οὖν σε θεὸς τέκος ὦ Λεόναρτε Γεοργοῦ
φίλτατον ἐλλογίμου εὐσεβέος τε πατρός.
εἰδὼς γὰρ θεὸν εἶναι ἀληθέα, ὃς φανερώθη,
δηλώσας τέρασιν τὸν νόμον ἀτρεκέσι.
καὶ υἱὸν πέμψας ἐν ςαυρῷ λύτρα τίοντα,
ὥστε καταλλάττειν τῷ πατρὶ φῦλα βροτῶν.
τὸν δὲ θεὸν πίςει καὶ καλοῖς ἤθεσι ἐτίμας,
φωνήσας ἱκέ τὴν χριςὸν ἀεὶ ἔμμεναι.

τοὔνεκα οὐρανίης ζωῆς λεύσσετ' ἀπολαύσας,
καὶ φάε ἐν λαμπρῷ χριστοῦ ἀεὶ ἐσορᾷς.

AD REGEM.

Δεῖ πάσαις βασιλῆ ἀρετῇσι κεκοσμημένον εἶναι,
τόνδε μάλιστ' οἷσι παίδων ἄρχει τε κρατεῖ τε,
τοῖς γὰρ ἐφισταμένοις παῖδες γε γίνονται ὅμοιοι,
ἐσθλὸν δεῖ σε ἐόντ' ἐσθλοὺς ποιῆσαι καὶ ἄλλους.

Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων
αἰγυπτίου.

Στέφος πλέκων ποτ', εὗρον
ἐν τοῖς ῥόδοις ἔρωτα
καὶ τῶν πτερῶν κατασχὼν,
ἐβάπτισ' εἰς τὸν οἶνον,
λαβὼν δ' ἔπινον αὐτόν.
καὶ νῦν ἔσω μελῶν μου
πτεροῖσι γαργαλίζει.

PHILIPPVS.

Cum necterem corollam,
Inter rosas repertum
Cupidinem prehendi
Ala, mersoq; mergens
Vna imbibi procacem.
Nunc ille sæuit intus
Puer mihi in medullis.

AENIGMA PHILIP.
Melanth.

ἄζοχε

ἔξοχα τῶν ἄλλων τὰς φοίβου φράγκε πορείας
    μάνθανε, οὐρανίους καὶ θεοῦ ἔργα φορᾶς.
ὅττι ἔτους συνόλου ἕλκει πόσα ἤματα κύκλος,
    τοῦ ποταμοῦ φράζει τοὔνομα ὑμεδάπου.

Discite præcipuè Solis motumq; viasq;,
    Vos quibus est patrium Francica terra solum.
Namq; dies totos quos traxerit ambitus anni,
    Id fluuij vestri vox bene nota sonat.

M	40
E	5
N	50
O	70
Σ	200.

Summa 365. dies.

D. PAVLVS EBERVS.

Hoc tibi monstrat idem Fluuij vox græca, quotannis
    Post messem Pharij qui rigat arua soli.

N	50
E	5
I	10
Λ	30
O	70
Σ	200.

Summa 365. dies.

LIMITES Germaniæ.

ῥῆνος ἀπὸ ζεφύρου, βιάδροιο δὲ ῥέεθρον ἀπ᾽ ἠοῦς,
γερμάνων κρατερῶν γαῖαν ὁρίζει ὅλην,
ἐσχαταὶ δ᾽ ἄλπεις νιφόεσσαι πρὸς νότον εἰσὶν
ἐς βορέαν πύματος βαλτικὸς ὠκεανός.

VEL alio modo.

εἰς ἠῶ βιάδρος, ῥείνου πρὸς ἕσπερον ὄχθαι,
γερμάνων χώρας τέρματα ἐστὶ ὅλης.
στηρίχθη δ᾽ ἔρκος νιφόεσσαι πρὸς νότον ἄλπεις,
ἐς βορέαν πύματος βάλθικος ὠκεανός.

Rhenus ab occasu, Viadri sed flumen ab ortu,
Clauserunt fines Teutona terra tuos.
Aëriæq; Alpes immotum limes ad austrum,
Balticus id Borcam terminat Oceanus.

ARATI CARMEN
à Philippo redditum

Mortales nondum deprendimus omnia signa,
Quæ Deus impreßit naturæ conditor arte:
Sed nos multa latent, quæ nondum comperit vsus,
Quorum aliqua ostendet venturis Iuppiter annis,
Qui genus humanum cum vere diligat, augens
Muneribus varijs toto se monstrat in orbe.
Vt quoties oculis incurrunt vndiq; nostris,
Esse Deum doceant vestigia talia, nosq;
Esse ipsi curæ monitos testentur, & ipsum
Agnoscant nostræ mentes, lucemq; sequantur
Iusticiæ, quam nostra opifex in pectora sparsit.

Apud Atheneum γλαῦξ ἐν τάφῳ, *De Sophocle sene habente vetulam.*

Noctua vt in gelido cum nidum forte sepulchro
Construit, & cæcum fœda cubile tenet;
Talis erit thalamus vetulæ mulieris, egenti
Et deliranti quæ male nupta seni est.

CONTRA Curiositatem.

Ἀπραγμόνως ζῆν ἡδύ, μακάριος βίος,
καὶ σεμνὸς ἐὰν ᾖ μεθ' ἑτέρων ἀπραγμόνων.
ἐν θηρίοις δὲ καὶ πιθήκοις ὄντα δεῖ
εἶναι πίθηκον. ὦ ταλαιπώρου βίου.
Non curiose viuere est ingens bonum,
Si modo nec inter curiosos viuere
Cogaris, & inter factiosos complices.
Sed quando viuis inter beluas malas,
Et simias, oportet fieri simiam:
Heu vita quantis miserijs obnoxia est.

ἑξάστιχον *P. M. de dicto 1. Paral. 17.*
Aspexisti me in forma hominis, qui es in excelsis Iehouah Deus.

In forma quod nos hominis placidißime Christe
Aspicis, & tamen es conditor ipse Deus;
Et nostram massam miseratus crimina deles,
Et vitæ eternæ gaudia vera dabis.

Hæc grati canimus tua dona, simulq; precamur.
Te nos vt doceas, luce regasq; tua.

HESIODVS LIBRO II.

ἔργ. καὶ ἡμερ.

Ἦμος κόκκυξ κοκκύζει δρυὸς ἐν πετάλοισι,
τὸ πρῶτον τέρπει τε βροτοὺς ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν·
τῆμος Ζεὺς ὕοι τρίτῳ ἤματι, μηδ' ἀπολήγοι,
μήτ' ἄρ' ὑπερβάλλων βοὸς ὁπλὴν, μήτ' ἀπολεί-
οὕτω κ' ὀψαρότης πρωτηρότῃ ἰσοφαρίζει. (πων.

Cum cuculus raucum querna super arbore tantum
Ingeminat lætusq; noui ver nunciat anni,
Continuo è cœlo fœcundus defluit imber.
Si largè ille boum vestigia flumine replet,
Clara diem terris dum quartum aurora reuexit,
Irrigat, atq; siti morientes recreat herbas.

FINIS LIBRI III.

EPIGRAMMATVM REVERENDI VIRI PHIlippi Melanthonis Liber Quartus, nunc primum collectus & editus à Petro Vincentio Vratislauiense.

EX OPPIANO DE VEnatione Pardorum.

Retia nigrantes latè cingentia saltus
Acer odoratis venator tendere Pardis.

Extimet & stricto propius contingere ferro.
Tam tristes iras violento in corpore versant,
Infracti vt telis concurrere fortibus ausint.
Sepe etiam superant non æquis viribus hostem,
Dum vafer extremis sese concredidit armis.
Et nimis insano venabula perdidit ictu.
Ergo dolo tantum celeres vincuntur, & ante
Insidijs frenandus erit, qui robore vinci
Nesciat, & vires quem debellare ferocem
Non aliæ possunt prudens solertia frangit.
Mirandum Pardis vini fragrantis amorem
Esse senex vario venator comperit vsu.
Idcircò obseruans anima non flante latebras
Illorum, calido perfundit nectare terram
Impiger, & tacito spumantia cymbia gressu
Ordine disponens, hinc atq; hinc antra coronat.
Nec mora, lætus odor, viniq; nociua cupido
Elicit insanos, & in atra pericula mittit,
Tum vero ingeminant haustus laticemq; lyeum
Exorbent, & Bassaridum trieterica viuunt:
Languida quin etiam furioso corpora cursu,
In venerem soluunt, vino faciente soporem;
Mox citus assurgit venator, & opprimit arte,
Robore quos nunquam poterat, prædaq; potitur.
Heu mihi quàm multos nimia virtute superbos
Inuenias Pardis similes, qui nomina factis
Extendunt nitido pulsantes vertice cœlum,
Hos tamen infandæ vel flammæ libidinis vrit,

Vel mala luxuries mistoq; insania Baccho.
Aspice Pellæum Pardum, quo pulcrior alter
Non fuit in pulchro quem vicerat orbe nec vnquam
Res similes gessit quisquam breuioribus annis.
Confectos ætate senes belliq; labore
Consilijs vicit cunctos, in flore iuuentæ.
Ergo illi nocuere nihil nec tela nec hostes,
Sed fœda ebrietas & desidiosa voluptas.
Qui sapis, inuictæq; decus seruare laboras
Virtutis, semper fuge desidis ocia vitæ.
Ac memor esto, DEVM, cum sit castissimus idem,
Plectere pollutos & tandem extollere castos.

IN AESCHINIS ET DEMOsthenis τοὺς ἀντιπάλους λόγους ad Ioachimum Camerarium Anno Christi 1523.

Diuinas Ioachime conciones
Donamus tibi Rethorum duorum.
Facundo quibus ore Dij dederunt
Ingentes regere, & tueri Athenas
In ripa veluti solebat Hebri
Orpheus carmine flectere efficaci,
Et mulcere feras, virentibusq;
Ornis indere quercubusq; mentem,
Plebem non aliter tenent sequacem
Hi leges quoties fero frequente

Condunt, & minitantur impiorum
Vim iustam temerario furori,
Et donant melioribus salutem,
Aut ciues pia cum vocant ad arma,
Ignauæq; adhibent faces coronæ.
Aut cum reddere dulce ciuitati
Optatumq; diu ocium laborant.
Deberi tibi lucubrationes
Iure existimo talium virorum,
Vnus qui vehis Atticis Athenis
Ad duros Alemaniæ colonos
Priscarum monumenta literarum,
Longumq; ex Helicone ducis agmen
Musarum, tibi quæ recentiores
Contexunt hederasq; laureamq;,
Cantuq; Herciniam nouo ferocem
Te lenire iubent, & imprecantur
Immortale decus tibi Ioachime.

IN MORTEM BEBELII POETÆ Philippi Melanthonis adhuc adolescentis Epigramma.

Εἰ μὲν βροτὸς ἐπὶ χθονὶ
ζῶν ἐστ᾽ ὀνῆσαι καὶ βιοῖ
ὁ δ᾽ εὐκλεὴς, Βεβήλιος
μουσῶν πατὴρ ἑρκωνίδων,
εἰδ᾽ ἂν θεὸς, ξυνέμμεναι
θεῷ, Βεβήλιος γένος

ἐκ τοῦδ' ἐνοικεῖ δώμασι
τῆς εὐσεβείας εἵνεκα
οὐλυμπίοις: ἄρ' οὖν βιοῖ.
τἄδ' ἄλλα θνητῶν, ξιακάδες
τὸ δέμας πολύτρητος τέφρα,
ἰύγγιον δ' ἔθ' ἡδονή,
λῆραι δὲ τιμαί νηπίων.
πάντων δὲ πάντ', ὄναρ, σκιᾶς.

Interpretatio.

Si viuere est mortalibus
Prodesse, viuit inclytus
Bebelius, qui literas
Hercinijs primus dedit.
Sin viuere est accumbere
Deo, Bebelium quidem
Dat sese virtus perfrui
Cœlestium. Viuit igitur.
Ac cæterarum quicquid est
Rerum, vnus est trecesimus,
Nam corpus aridus cinis,
Merum est voluptas toxicum,
Et fastus imprudentium
Nugæ, omnia cætera omnium,
Vmbræ fugacis somnium.

FRANCISCO VINARIENSI,
Anno 1535.

Cur te delectant aulæ Francisce venena,
Et capiunt animam non bona vera tuum?
Quid titulos ambis, & falsos quæris honores,
Tincta venenato fercula melle petens?
Dij tibi monstrarunt faciles bona vera, sed ars est
Hæc nouisse, modo his legitimoq; frui.
Suauiolum roseis quod fert tibi casta labellis,
Cum pariter coniunx pectus & ora premit,
Omnibus hoc vnum regnis, ac omnibus aulis,
Atq; opibus regum si sapis anteferes.
Has tibi delitias tristis male condiet aula,
Ingentes curas quæ sine fine parit.
Omnia Plutonis quæ regia fertur habere,
Supplicia infelix afferet aula tibi.

Rhadamanti Lex Talionis ex V. ἠθικῶν Aristotelis.

Iusta malis hæc admisso pro crimine pœna est:
Si quæ fecerunt eadem patiantur & ipsi

DE DICTO ESAIAE, capite 30.

Dabit vobis Dominus panem arctum & aquam, & non sinet auolare Doctorem &c.

Quanquam vrbes & regna ruunt, & nulla videtur
Doctrinæ sedes firma futura piæ:
Non tamen has inter Christus periisse ruinas,
Agmina quæ discunt dogmata vera sinet:

Sed dabit hospitium nobis, donoq; modestè
Hoc inter iußit tanta pericla frui.
Sic patris æterni dicunt dulcißima verba,
Nos omnes semper quæ meminisse decet.
Doctorem verum panesq; vndasq; salubres,
Munera sed vobis cum cruce tanta dabo.
Non tamen ærumnæ vestræ sine fine manebunt,
Mox aderit cunctis meta statuta malis.
Æterni gnatum patris tua lumina cernent,
Lætus & æterni luce fruêre Dei.
Hæc spes discenti tribuat solatia certa:
Irrita non fient vota laborq; tij.

De discrimine historiæ Herodoti, Thucydidis & Xenophontis.

Historiam Herodoto Musæ narrasse feruntur,
Qui vincit cunctos rebus, & eloquio.
Tempora Thucydides quamuis est proximus isti,
Et grandi tanquam claßica voce sonat:
Sermonis Xenophon tamen hunc dulcedine vincit,
Exemplum Regis pingit & arte boni.

De inquietis ingenijs fortunam sibi fabricantibus Epigramma.

Omnia contigerint cum vitæ commoda multis,
Firma valetudo, coniunx iucunda, laresq;

Et ciuilis honos, & pax dulcißima rerum.
Cur tamen humanæ mentis furiosa cupido
Appetit immensum semper sine fine modoq́;,
Ærumnasq; volens, fatumq́; accersit acerbum?
Causa est vna, Deum quod rectorem, excutit audax.

IN EMSERVM ET FABRVM Antilutheranos.

Emserus caper est, Fabrum Constantia mittit;
Ille suis fumis vritur, hic scabie.

ANDREAE CAMITIANO Iurisc. scriptum VVormatiæ, Anno 1540.

Interpres Iuris, cuius doctrina senatum,
Et populi motus, consiliumq́; regit,
Est inter ciues merito ceu numen habendus,
Et vero dignus semper honore coli:
Si modo iusticiam, pacemq́; fidemq́; tuetur
Et Christi leges asserit, atq; colit;
Vt qui nolebat diram defendere cædem,
Qua fratrem Cæsar sustulit ipse Getam:
Vt Morus, qui, ne diuortia tetra probaret,
Sæuitiam subijt fœde Tyranne tuam.
Non tituli insignes faciunt, nec purpura clarum;
Si vendit fumos, aut struit arte dolos.

Ἀπόφθεγμα Alb. Dureri, Ingenium sine doctrina esse speculum impolitum.

Vt nulla è speculis rudibus resplendet imago,
Ni sint artificis rite polita manu:
Ingenij sic vsus erit non vllus acuti,
Doctrinæ si non erudiatur ope.

IOCVS AD GEORGIVM Spalatinum, qui cum Lutheri ex sorore nepte eodem curru vectus ex conuentu Smalkaldensi, conducta alia rheda, vt Lutherum & Philippum, quos perendie hospitio excepturus erat, anteueniret, euerso curru in lutum proiectus fuit.

Qualis luce noua cum primum cornua complet,
Hesperijs vehitur Cynthia pulcra plagis:
Qualis & Eoo formosum lumen in orbe
Ante diem spargit candida mane Venus;
Talis in hoc curru vehitur Spalatine puella,
Qui tibi non cæca sorte dicatus erat.
Hanc prope cum posses solus Spalatine sedere,
Et teneris digitis implicuisse manus.
Et cum colloquium posses, miscere suaue,
In casta patitur virgine quale pudor.
Cur tamen ignota solam regione relinquis?
Carpentoq; alio cur fugere inde paras?
Durior AEgida es, qui raptam in littore liquit,
Debebat vitam cui tamen ipse suam.

Hinc

Hinc irata Venus sortemq; miserta puellæ,
In media properè est te remorata via.
Carpentumq; tuum cœno demisit in alto,
Hac pro neglecta virgine pœna fuit.

LVTHERVS EX CONVENTV diuertens ad Spalatinum.

Christus in infirmo venit huc Spalatine Luthero,
Et tua pro requie tecta benigna petit.
Quicquid huic facies, sibi factum iudicat ille,
Qui nos membra sui corporis esse docet.

ILLVSTRI COMITI MIchaeli VVerthemio discedenti ex Academia Lipsica προπεμπτικόν.

Isacidem veluti redeuntem in rura paterna,
Iordanis vitreas tunc vbi voluit aquas:
Protexit custos qui membra senilia fouit,
Languida cum lucta fracta fuêre graui:
Idem te custos patrias ita ducat in arces,
Tradat & incolumi debita sceptra tibi.
Nec leue onus sceptri est, crescent curæq;, laborq;,
Cum rudibus populis iura ferenda dabis.
Tunc igitur custos idem feliciter adsit,
Luctanti præsens auxiliumq; ferat.

Crede fere, si tu mores retinebis honestos,
Sinceraq; Deum si pietate coles.
At non Sirenum illecebris capiaris in aulis
Quæ leuiter curant numina sancta Dei.
Et luxu suadent fugientem perdere vitam,
Nec leges, morum vincula honesta, pati.
Auribus obstructis Sirenum has effuge voces,
Et vitæ, Christus sit tibi norma, tuæ.
Sic tibi læta fluent peragendæ tempora vitæ,
Et cernes generis prospera fata tui.

DE VTILITATE LECTIONIS *historiarum.*

In genere humano cernit Deus omnia vindex,
Et certa iniustis pœna venire solet.
Huius iudicij testes cognoscere semper
Historias sapiens præcipit ipse Deus.
Ingentem vt metuas præsentis iudicis iram,
Et pœna frenet mollia corda metus.

E GRAECO.

Hæc est os ex ossibus meis.

Aspexit iuuenem formosa puella superbum,
Ipsius in vultu lumina fixa tenens;
Hic ait: in terram potius tu deijce ocellos,
Non oculos habeat casta puella vagos.
Imo, ait hæc, magis in terra tu lumina figas,
Ex terra primum nam tua facta caro est.

Nostri

Nostri principium fuit ortus costa virilis,
Hanc quaero, & iungi me velit illa sibi.

AND. CAMITIANO VVORMATIAE DE IPSIUS NATALI, ANNO 1540. DIE ANDREAE.

Hunc Andreae diem cara cum coniuge natos
Spero equidem laetos concelebrare tuos.
Iamq; pudica parens gnatum, paruasq; sorores
Vota iterare iubet pro genitore suo.
Nomine nos etiam moniti, tibi fausta precamur,
Vt seruet Christus teq;, tuamq; domum.
Nec dubito, afficitur votis Deus optimus istis,
Hos audit, qui te maxime Christe, colunt.
Tu quoq; legatus nunc es pro dogmate Christi,
Vt Domini Andreas nuncius ille fuit.
Curat legatos, quos mittit rector Olympi,
Non ergo curam deseret ipse tui.

LOCVS PLATONIS VII. DE Repub. qui est commendatio Dialecticae.

Sermonis certas tradit Dialectica leges,
Quaeq; via possis prendere vera, docet.
Ac velut in coenum incautus si forte viator
Labitur, atq; vdo polluit ora fimo:
Surgit, & immundis sordes detergit ocellis,
Abluit & turpi squalida membra luto:

Sic hebetes oculos acuit Dialectica mentis,
Lynceus vt videat lumina vera puer.

DIE PENTECOSTES precatio Lipsiæ scripta.

Vox tua Gnate Dei est, accendere velle parentem
Æternum Flatu pectora nostra tuo.
Promissumq; iubes munus votisq; fideq;
Poscat vt hic cœtus, qui tua iussa colit.
Hæc igitur freti Christe optime voce rogamus,
Ignis vt inflammet pectora nostra tuus.

Versus Hesiodi quos Aeschines oraculum nominat.

πολλάκις ξυμπάσα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ &c.

Vnius ob culpam sæpe vrbs dabit integra pœnas,
Iusticiam spretis violat qui legibus, inde
Supplicium iratus de tota Iupiter vrbe
Sumit, & immittit, miseris pestemq; famemq;,
Strata iacent varia morientia corpora clade,
Ac cecidit fugiens victorem exercitus hostem,
Auulsiue solo merguntur in æquore muri,
Fluctibus aut medijs pœnas dabit obruta puppis.

IN HYAENAM RATISBOnensem distichon.

Emendare Strophas huius, fraudesq; libelli
Non multæ possunt, vna litura potest.

Con

CONCIONATORIBVS NORIbergensibus VVormatia.

Corda fide laudat Christus lucentia vera,
Queq; Deum fuci nescia rite colunt.
Et monachorum odit fraudes, simulataq; vota:
Non iniussa Deus sacra probare solet.
Hæc expendemus si forte libebit adesse,
Cras etenim vobis curia nostra patet.
O vtinam simili consensu Ecclesia vbiq;,
Vt uos, ac vna voce Deum celebret.

ERASMO EBNERO APPArantì cœnam Poetis.

Formicis gaudet formica, cicada cicadis,
Dulcia sic mihi sunt vestra sodalitia.
Cur igitur me non ad cœnam accersis Erasme?
An quia me Vatem non satis esse putas?

PRO ARGONAVTIS PRECAtio in itinere VVormatiensi.

Oppreßit reducem, quam rexit, Iasona nauis,
Quæ tulit auricomi velleris ater opes.
Non te Christe tamen, quam tu regis, opprimet Argo,
Sed victor seruas hanc etiam incolumem.
Nos ergo in portum deducas, atq; gubernes.
Deleri nautas ne patiare tuos.

PRO INCOLVMI REDITV precatio.

Christe suos vates educito saltibus istis,
Rursus & incolumes in tua templa loca.
Incendasq; animos, tenerasq; resoluito linguas,
Vt possint laudes concelebrare tuas.
Vis etenim Infantum laudari voce, dabisq;
Ingenijs vires, eloquiumq; pijs.

CHILIANO GOLDSTEIN IOhannes Sturmius VVormatia.

Ornatissime Chiliane, quæris
Quid mi triste fuit per hosce menses?
Per quos iusticiam videtur esse:
Indignorq; fremoq;, quòd Cochleus,
Et Sorbonicus, & niger Pelargus,
Cumq; his Nausea & Eccius Sophista,
Pars ignobilis vndecim virorum,
Regnant, & retinent suos patronos,
Et frontem feriunt, nihilq; cedunt
Hoc mi triste fuit videre monstrum.
Rursus quid recreauit ac refecit,
Audi, dum metuunt, nimisq; agendo
Tam multus sibi gratias prehensant,
Auertuntq; bonos nihilq; præstant,
Nos dum nil sumus, & iacemus omnes:
Victrix causa Dei manet, iacetq;
Monstrum ξυσομανὲς καὶ ὀξύθυμον
πορνοβοσκὸν, ἄνανδρον, οὐδ' ἐπαινὲς

μηδ᾽ ἀπροσκορέα, μήτε γαστρίδουλον,
καὶ μιαιφόνον, μήτε ἀνδροβολοιγόν.

RESPONSIO PHIlippi.

Vt spernunt medio mari procellas
Securi scopuli, ac notos frementes;
Sic conuitia, & impetus malorum,
Omnes insidias, minas, furores,
Nos contemnere iußit ille Rector
Aeterno genitore natus, arma
Qui contra gerit agmina impiorum,
Et depellit Erinnyas Draconis
Irati, ac odio Dei furentis,
Defenditq́; chorum pium, sonantem
Vocem Euangelij, Deiq́; laudes.
Nec Cyclops metuendus ille nobis,
Nomen qui sibi sumit Eccianum,
Qui te Christe probris laceßit audax,
Obscœnaq́; libidine inquinatus
Potat cum Satyris, suisq́; scortis.
Sed pœna venient luendæ & ipsi,
Ingentemq́; oculum eruet superbo
Hospes de misero choro piorum;
Contemtus velut Vdis ille quondam,
Sed mentem atq; manus Deo regente.
Tunc circum Satyri hispidi iacentem,
Gibbosusq́; Pelargus, & Cochleus,

Edent pro Domino irritas querelas,
Sed victor statuet trophaea Christus.
Ergo nos alacres petamus atq;
Expectemus opem à parente rerum,
Exaudit pia vota qui suorum.

ERASMO EBNERO VVORMAtiæ, Anno 1541.

Qui laude ingenij studijsq; excellis Erasme,
Quiq; paras morum dexteritate decus,
O mihi fraterno deuinctum pectus amore,
Hisq; meis oculis non mihi care minus.
Mitte precor Vito, quæ scripsimus, atq; tuere
Nostrum, despectus sit licet ille gregem.
Exemploq; tui Musas ornato parentis,
Quo vir non alius iustior vllus erat.
Grata Deo pietas hæc est mihi crede, futura,
Qui referet factis præmia digna pijs.

DOCTORI CAMITIANO LIPsiæ, Anno 1541.

Sæpe mihi puero dicit carißima mater,
Qui coluit magna cum pietate Deum,
Esse scias mentem æternam, quæ cuncta creauit,
Et iußit certa singula lege regi.
Nonne vides Solis distingui tempora cursu?
Perq; vices noctem, restituiq; diem?
Qui nunc æstatem, propius cum venit ad Arcton,
Adducit, calida semina luce fouens:

Inde hyemem ducit spacijs velociter arctis,
Virgine ab Icaria pronus vbi egit equos.
Omnia quid memorem? cunctas res ordo gubernat
Inditus autoris numine & arte Dei.
Hic etiam in proprios volucres discedere nidos,
Et docuit tectum condere quanq; sibi.
Heu cur mens hominis leges oblita parentis
Errat, & est expers ordinis vna sui?
Templa Deus nidos, nidos vult esse laresq;
Cum casta natos coniuge cuiq; suos.
Sed quotus hos nidos, quo debet, curat amore?
Qui tamen id faciet, præmia magna feret.

DE THEBE SAXONICA, Anno 1541. in reditu ex itinere VVormatiensi.

Parua iacet Thebe medijs in saltibus amnis,
Hic vbi Mysorum Mulda pererrat agros,
Parua sit ista licet, Thebis certare vetustis
Multiplici poterit commoditate tamen.
Cadmeas olim fratrum discordia Thebas
Exitio, & regni dira cupido dedit:
Hic non ambitio ciuilia commouet arma,
Ingentes tantum quæ comitatur opes.
Tuta sine inuidia paupertas degit amatq;
Leges, ac æquo viuere iure docet.
At luxu perijt Thebe altera, proxima Nilo,
Pernicies morum, quæ grauis esse solet.

Sed labor hic cogit frugales esse colonos,
Et desunt vitijs hoc alimenta loco.
Non tamen hic victum prorsus negat inuida terra,
Labraca cum percis & tibi Mulda dabit.
Adde Euangelij lucem, quae his fulget in oris,
Hoc nullum poterit grandius esse bonum.
Felix cui dederit mediocria commoda vitae
Ipse Dei gnatus, notitiamq; sui.

DE PAGO MELAN PROPE Thebas Saxonicas, Anno 1541.

Quimodo dispersis veluti magalia tectis.
Pagus Saxoniam diuidit atq; Mysos.
Vrbs Mediolanum quondam his amplissima terris
Arx Henetos contra, barbaricumq; fuit.
Nunc nihil antiqui decoris, nisi nomen inane
Seruat, & in saltu iam sine honore iacet.
Omnia sunt hominum venturae obnoxia morti,
Et faciunt subitas tristia fata vices.

DE ECLIPSI LVNAE FVTVRA die 12. Martij, Anno 1541. Elegia.

Cras vbi venturae sub prima crepuscula lucis,
Ibit ab Eois Lucifer ortus aquis:
Quisquis ad auroram Musis consurgis amicam,
Et linquis placidi mollia strata thori:

Suspicias

Suspicias pleno lucentem corpore Lunam,
Et mox naturæ triste videbis opus.
Namq; reuersurus nocturnis Phœbus ab vndis,
Dum ducis astrorum sidere fertur Ouis,
Occupat aduersum Phœbe pulcherrima libram,
Qua nitet octauæ regia mœsta plagæ.
Terra sed in medio solares impedit ignes,
Hinc Lunæ inuoluit tristior vmbra caput.
Illa diu frustra cæcis luctata tenebris
Infortunato sub sene pressa gemit.
Nequicquam timidus spectator Iuppiter astat,
Occidua cœli quem Leo parte tenet.
At Phœbo miustis gaudens Mars impius armis
It comes, & sæuo fulminat ore minas.
Quis duros adeo lapides in pectore gestat?
Quis secura adeo viuere mente potest?
Cui non corda timor, cui non stupor occupet artus?
Hæc quoties cœli tristia signa videt.
Nam velut euentus signa est sæpe ante secutus,
Sic hæc effectu nemo carere putet.
Legibus insidias veniens fallacior ætas,
Heu minus ad fraudes ingeniosa, struet,
Et sceleri nomen prætexere discet honestum,
Autolyciq; sibi quæret ab arte decus.
Forsitan & facient de relligione cothurnos,
Qui te fucato pectore Christe colunt.
Dirum etiam plebi rursus portenditur omen,
Quæ subito casus est habitura graues.

Verum

Verum hæc cura Deo sit commendata, precandũ est,
Vt tantas cœli mitiget ille minas.
Illum adeo imploret iustis Ecclesia votis,
Aerumnas melius nulla medela leuat.

PAVLO EBERO, PRAELECTVro Dialecticen á Philippo scriptum.

In tenui quamuis noster labor esse feretur,
Quod pueris Logices prima elementa damus:
Plus tamen his operis Ecclesia sacra iuuatur,
Quam si de Pario marmore templa struas.
Quare pertexi si vis exempla libellum
Nunc vacuo mittas Paule diserte mihi.
Postridie Martini 1542.

EPIGRAMMA IN OPPIDVM & arcem Torgensem.

Vnde sit huic vrbi, quæres, Argelia nomen,
Quod de Phœbea Græcia luce trahit?
Vt reliquas stellas fulgenti lumine vincit,
Vnus & adducit Sol, reuehitq; diem:
Sic superant formæ vicinas luce puellæ,
Quas vrbs de Phœbi lumine dicta parit.
Attamen hæc maior laus est, pietate quod inter
Notitiaq; alias eminet ista Dei.
Et qui Mysorum populis dant mitia iura,
In ripa hac posita est Albidos aula Ducum.

Hæc tua gnate Dei defendat mœnia dextra
Semper & in populo hoc laus tua vera sonet.

GRATVLATIO CONIVGY.

Coniugium vestrum sit felix numine Christi,
Inq; Deo sit mens vna, sit vnus amor.

IN CHRONICON.

Vt noris quando sese patefecerit ipse;
Spectari iußit secula cuncta Deus.

PRECATIO IN PEREGRINAtione.

Gnate Dei tibi perpetuum qui colligis agmen
In terris, pure quod tua dicta sonet:
Nos rege & ad nidos clementer ducito nostros,
Nulla salus nobis te nisi dante venit.
Et fac præcones laudum nos esse tuarum,
Noticiam extingui nec sine Christe tui.
Anno 1551. 19. Augusti.

EX CALLIMACHI AD APOLlinem hymno.

Liuor ait Phœbo; dicens clam talia in aurem:
Non miror vatem, qui non effundere tantum
Sermonis flumen poßit, vim pontus aquarum
Quam magnum voluit. Pede sed detrusit Apollo
Liuorem dicens: Euphratis flumine magno
Plus cœni semper, mixta sordesq; vehuntur.
Parua sed haurit apis Cereris de fontibus vndam,

Lympida de summo salijt quæ vertice montis,
Liuor vbi infœlix pereat, cogatur abire.

Anno 1551. 19. Augusti.

IN IOHANNIS SCHRAMMII nuptijs precatio.

Te Deus vt castam mentem nos esse sciamus,
Condemnat flammas lex tua sancta vagas.
Coniugij sancis sanctißima fœdera casti,
Idq́; tuum patrio more tueris opus.
Non vis obscœnæ regnare libidinis æstus,
Vis Ecclesiolam quamlibet esse domum.
Omnibus hoc toto decretum gentibus orbe
Declaras pœnas tristibus esse ratum.
Quis neget aut fœdus tibi connubiale probari,
Quod videt auxilio non nisi stare tuo?
Felices memoresq́; Dei, propriæq́; salutis,
Qui thalami legem coniugialis amant.
His etiam nostris faueas pater optime Sponsis
Quem suadet pietas, da bona fata thoro.
Castus vt es, casto sic sis Deus æquus amori,
Fac tua sint Sponsis gaudia firma nouis.
Iesu noster amor votis ardentibus oro:
Sint curæ thalami iura salusq́; tibi.
Vt monitis, quali simus tibi fœdere iuncti,
Coniugibus sit mens vna, sit vnus amor.

Proœmium Depositoris Vitebergensis, vt vocant, in ritu initiationis nouorum Scholasticorum.

Saluete spectatores humanissimi,
Quibus est vetusti causa ritus cognita,
Et quos honesta ratio mouit officij
Vt huc accederetis, non ineptias
Vt hasce nostras cerneretis. Sed quia
Vos iuniorum studia decet cognoscere,
Quorum exploratio fit in his spectaculis:
Moremq; fuisse Athenis similem legimus
Qui nominatur Græca voce πρωχελεία,
Nouosq; multa monetis hic Scholasticos,
Et vota pro discentibus facitis pia;
Quod ergo adestis hic, debetur gratia
Vobis, & vt patienter hos breues iocos
Nunc audiatis, peto, non Momi scommata,
Non adfero conuicia huc scurrilia.

CEV MVLTA DICVNT INTER SE THEOLOGI.

Sed gnate Dei ô Christe toto pectore
Oramus, vt nos spiritu regas tuos:
Vitisq; cum sis palmites fac nos tuos:
Idem pijs votis meecum precemini.

1 5 5 3.

CAD

AD HOSPITES HAMBVRgenses die 7. Aprilis.

Quæ lux orta fuit nascenti prima Platoni,
Cum medij veris tempore floret humus.
Cuius apes cunis sparserunt dulcia mella,
Omen vt eloquij numina læta darent.
Excipiat fauste vos hac Academia luce,
AEterniq; regat nos λόγος, opto patris.
Mellificæq; vt simus apes, fac optime Christe,
Alucolos vere nos facito esse tuos.
Aßiduo gemitu, lachrymarum oramus, & vndis,
Te gnatum, vt doceas pectora nostra Dei.
Te propter nobis seruato dogmata vera,
Te propter laudes adfere Christe tuas.

Precatio in conuentu colloquij VVormatiensis.

AEterni vita, effigies, splendorq; parentis,
Custodem nobis quem pater esse dedit.
Quiq; tibi semper mansurum, colligis agmen
Ex hac quam finxit mole paterna manus.
Nos rege qui cupimus veros tibi reddere honores,
Afflatuq; moue pectora nostra tuo.
Et nostras defende domos turbamq; tenellam,
A te quæ solo poscere nouit opem.

Petro Vincentio in die natali Platonis.

Dicis

Dicitur ista dies tribuisse exordia lucis
Magne Plato eloquij signaq; mira tibi:
In cunis examen apum quondam dulcia mella
Finxerat, hoc tanquam vocis tabella regens.
Si te vincentis delectant mella Platonis,
Ad coenam venias mox Petre docte meam.
7. Idus Aprilis, Anno 1558.

Christiano Pontano Cancellario Ducum Saxoniae.

Nestoris eloquium vicit pater atq; Periclis,
Sic carmen metus, qui populi atq; Ducum.
Adscripsit Christi causam sed lingua parentis,
Asseruit laudes exposuitq; Dei.
Non igitur venient nobis oblivia patris,
Virtutem ipsius saecla futura scient.
Ipse patrocinio texit me saepe fideli,
Nunc commendatum me cupio esse tibi.

PETRO VINCENTIO FRATRI carissimo post coenam.

Hoc etiam dictum est inter dulcissima mella,
Quae sapiens nobis tradidit ipse Plato.
ὅτι γεωμετρεῖ θεὸς αἰεὶ πάντα κυβερνῶν,
Haec vox in coena nunc agitata mea est.
Te vocem nobis hanc enarrare volebam,
Sed cras ut venias Petre diserte peto.
VI. Id. Aprilis, Anno 1558.

EPITAPHIUM D. CASPARIS
Lindeman.

Hic sita Lindemani sunt frigida Casparis ossa,
Qui Medicus clarus Doctor in arte fuit.
Et quoniam insigni doctrinæ adiunxerat vsum,
Saxonici Medicum contingit esse Ducis.
Tantum illi peperere decus moresq; fidesq;,
Egregia quantum laudis ab arte tulit.
Quare perpetuum tali ratione fauorem,
Iudicio meruit Principis ille boni.
Pectore non ficto numen cœleste colebat,
Te fontem medicæ Christe professus opis.
Ergo animæ ipsius concedas maxime Christe,
In gremio vt viuat non moritura tuo.

IOANNI CRATONI TABV-
las Prutenicas mittens.

Ἀῶσε Κράτων δῶρον πέμπω σοὶ τοῦτο Φιλίππος,
οὐρανίους δ᾽ οἴμους οὗτος ἔδειξε πίναξ.

IN HERODOTVM.

Ὡς κακὰ μὲν πέπρωτ᾽ ἀδίκοις τιμαὶ δὲ δικαίοις
ἥδε βίοιο γραφὴ δείξεται ἱστορία.

In librum Hymnorum Cratoni
donatum.

Τὰς δὲ Κράτωνι ἰατρῷ δῶκε Φίλιππος ἀοιδὰς
ὕμνοι γὰρ ψυχῆς φάρμακά εἰσι νόσων.

SOM-

SOMNIVM IN THEOLOGA-
stros.

Οὐ γὰρ ἐγὼ δύναμαι τοῖς κυκλώπεσι μάχεσθαι.

DE ERASMO ROTERO-
damo.

Παλλὰς δὴ ῥάβδον χρυσείην δῶκεν Ἐράσμῳ
τῆς ἱερῆς παιδοῦς, ἄφθιτον ἀντικλέος.

EPITAPHIVM DVCIS IOAN-
nis Saxoniæ Principis Electoris aliud ab eo quod supra lib. II. legitur.

Condita Saxonici sunt hic Ducis ossa Ioannis,
Qui coluit vera cum pietate Deum,
Et donec patriæ tenuit moderater habenas,
Tranquillæ iustos pacis & autor erat;
Quanquam Euangelium dum spargi sinit in orbem,
Insidijs vidit seq; suosq; peti:
Attamen has semper vidit ratione, nec vnquam
Bellica ciuili pertulit arma togæ.
Inter felices animas, te Christe precamur,
Ipsius manes vt tueare pios.

IN TVMVLVM IO. ERNESTI
Ducis Saxoniæ, qui infans decessit Anno 1535.

Quisquis ad hunc veniens tumulum subsiste viator,
Hic tegit Ernesti frigidus ossa lapis.
Saxonicæ gentis Dux serenissimus æqui
Ioannes genitor cui Friderícus erat.
Menstrua Luna semel non dum compleverat orbem,
Cum vidit nati funera mœsta parens.
Hunc vt suscipias faciunt pia vota parentes
Innocuum gremio maxime Christe tuo.
Nam patris illa tui est, te testificante voluntas,
Ne pueri æterna morte perire queant.
Hosq; iubes ad te nullo prohibente venire,
Dicis & his cœli regna patere tui.
Et quando vitæ te fata volente peregit,
Commendat fratres hac tibi voce suos.
Respice qui viuunt germano sanguine fratres,
Atq; his Christe tuo numine dexter ades.
Felices viuant in fortia facta parentis,
Et teneant fausta patria sceptra manu.

EPITAPHIVM DOMINAE
Margaritæ Ducissæ Saxoniæ.

Saxoniæ domino sata Margarita Ioanne,
Hoc tumulo placida morte soluta iacet.
Vix dum puberibus tria lustra peregerat annis,
Hanc vbi supremo fata tulere die.
Cum vernaret adhuc primisq; accresceret annis,
Prima Dei verbum noscere cura fuit.
Hinc teneros vitam duxit sine labe per annos,
Et generi mores grande fuere decus.

Non

Nondum connubium norat tædasq; iugales,
Sed tantum Christo cura placere fuit.
Huic igitur sanctis quæ moribus ipsa petebat,
Cœlestis vitæ gaudia Christe dato.

DE DIVERSIS GENERIBVS, *dicendi ex III. Iliados Homeri.*

Ἀλλ' ὅτε δὴ τρώεσσιν ἀγορῇσιν ἔμιχθεν
&c.

Fors & concilio Troianæ gentis in ipso
Atriden, Dominumq; Ithacæ conspeximus olim.
Altior hic gradiens & toto vertice supra
Extabat cunctos, sed erat venerandus Vlysses
Præcipue, medius postquam consederat, oris
Augusta specie, & vultus grauitate verenda.
Quin etiam decus augebat facundia vtriq;,
Publica consilium cum res poscebat opemq;.
Verborum Atrides Menelaus parcior arctis,
Rem numeris omnem stringens, acerq; premebat,
Et linguam quamuis annis minor arte regebat.
Ne qua ferretur longis ambagibus errans.
Decentiq; aderat multo vis mixta lepore.
At surgens procerum in medio consultus Vlisses,
Sollicitus restare diu, fixisq; solebat
Luminibus hærere solo, sceptrumq; tenere
Immotum tacitus, regum gestamen eburnum.
Interea sensumq; animamq; à corpore abesse
Indocili credas, sed vbi de pectore vocem

Imo promisisset facundo largus ab ore,
Vt solet hyberno nix multo vberrima cœlo
Sermo ruebat, & insolita mulcere coronam
Sensimus arte Ithacum, non qui contemneret illi
Quisquam erat: hoc adeo mirata est Troia quondam
Diuinum decus Eloquij, non corporis vmbram.

ALITER ET BREVIVS.

Sed prudens postquam in medium processit Vlysses
Dicturus stetit immotus, terramq; rigente
Lumine spectabat, sceptrum non parte sinistra
Non dextra versans, veluti sine mente tenebat,
Dixisses hominem furere & rationis egere,
Ac simul vt vagam dabat imo è pectore vocem
Brumaliq; magis vt concita grandine verba
Cunctos mortales illum superare videret.

LOCVS HOMERI EX Ὀδυσσ. ϐ.

Σχεδόθεν δέ οἱ ἦλθεν Ἀθλώη
μέντορι εἰδομένη.

Pallas adest, vocemq; refert, vultusq; seniles
Mentoris, & iuuenem dictis compellat amicis,
Non tibi consilium, non virtus deerit vnquam
Telemache, ipsa tibi mentem natura paternam
Inseuit, patrem facundoq; exprimis ore:
Par animi tibi robur adest in rebus agendis,
Non fortuna tuos conatus improba fallet,
Non ingressus iter iustis frustrabere votis,

Ardua

Ardua deficerent vires, animusq; parantem,
Te nisi finxissent talem materq; paterq;.
Rara tamen Soboles æquat virtute parentes,
Plurima degenerat maiorum moribus, atq;
Vix illi cumulant laudesq; decusq; parentum.

Euripides in Phœnißis.

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ.
Nam veritatis est simplex oratio
Interpretemq; non desiderat vafrum,
Sed ipsa per se viribus valet suis.
Mala causa callidis opus habet Pharmacis.

EX ORATIONE DEMO-
sthenis, περὶ στεφάνου.

Οἵδε πάτρας ἕνεκα σφετέρας εἰς δῆριν ἔθεντο
ὅπλα &c.

Hi pia dum patrijs arcent à finibus hostem
Pro tectis ciues arma tulere suis.
Inuictisq; animis ausi decernere ferro
Et conferre pedem, nec timuere mori.
Seruitio patriam premeret ne turpiter hostis
Cogeret & domitam tristia multa pati,
Felices nunc in patria quorum ossa teguntur
Postquam ipsos diui sic voluere mori.
Nulla aduersa pati, nusquam peccare Deorum est,
Nemo hominum fati vim queat effugere.

*IN CORNELII TACITI LI-
bellum, de moribus Germanorum
ad Ioan. Lutherum.*

ἡδὺ τῆς πατρίδος ἐνυμνῶν ἀρετὰς καὶ ἀγῶνας
Anno καὶ ταχ᾽ ἐφορμήσει πρὸς καλὰ τοῦτο φρένας.
1538. ταῦτ᾽ οὖν γερμανῶν, ὦ παῖ μεγαλήτορος ἀν-
δρὸς
Σπεῦδ᾽ ἀρηϊφίλων ἔργα παλαιὰ μαθεῖν,
Ποῖον ὁ Ἀρμίνιος πατρ᾽ ἀμυνάμενος περὶ πάτρης,
Δουλοσύνης ῥήξας ἐχθρῶν ἀφεῖλε ζυγόν,
Τοῖς τοῖσδ᾽ ἀγαθοῖς μόχθοις ἀνδρεῖοι πρέπουσι
τῆς πατρίδος νομίμοις χερσὶν ἀρηγέμεναι.
εἰ δὲ σὺ ἂν ζεύξειν τοῖον πατρὶ μοῖρα στρατηγόν,
οὐκ εἴη ἀθέοις τοῖσι τυραννίδ᾽ ἔχειν.

*Epitaphium Ioan. à Ming-
uitz.*

*Hic tumulo placida defunctus morte Ioannes,
Minguitiæ gentis gloria summa cubat,
Qui generis titulos auxit virtutis honore,
Quam semper summum credidit esse decus.
Ipsius in grauibus prudentia cognita rebus,
Et mens consilio plena, fideq; fuit.
Eloquio flexit magnorum pectora Regum,
Artibus & cunctis floruit ille togæ.*

Et pius ad patriae respexit commoda semper,
Atq; autor dubio tempore pacis erat.
Quare difficiles aulae moderator haberas
Saxoniae, rexit consiliumq; Ducis.
Ergo illum quamuis properantia fata tulerunt,
Virtutis durat gloria magna tamen.
Tuquoq; des illi coelestis gaudia vitae,
Quae petijt votis maxime Christe tuis.

EX HESIODO.

τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν,
Virtutem voluere Dij sudore parari,
Longa via est ac ardua quae perducit ad illam,
Inq; aditu primo longe est asperrima; sed cum
Veneris ad summum facilis iucundaq; fiet.

ΕΥΣΕΒΕΙΑ.

Ioachimi Camerarij.

Ξεν. Οἴμοι τὰ λοιπὰ τίς σε τῶν ᾐκίκισε;
τὴν εὐσέβειαν τήν ποτε μακαρίαν ὁρῶ.
φεῦ καὶ λέοντος δῆγμα καὶ ἀγρίου λύκου.
καὶ θωὸς ἰδ' ἕλκη, μ' αὐτὸ ἄρκτου τῷ μέλεα
Εὐσεβ. Ποῦ γῆς γὰρ εἰσὶν εὐσεβεῖς φιλόξενοι;
Ξεν. οὐδὲν ἀγαθὸν γοῦν ἥδε γαῖα νῦν τρέφει.
Εὐ. Πανταχοῦ γ' ἔτ' ἀλλ' ὅμως ἐμοὶ κακωμένους.
Ξεν. Σπεῦδ' ἀλλὰ πρὸς ἐμὴν ἡμέρας πρὶν θανεῖν καλῶ
ἤδη γὰρ ἄσθμα νείατον ψυχῆς πνέεις.

Εὐ.

Εὐ. οὐκ ἔστιν ἐμὲ θεάν γ' οὖσαν θέμις θανεῖν.
Ξεν. Ὅπως δέ με παύσεις τῶν σῶν πόνων.
Εὐ. πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδοι μ' ἀπώλεσαν.

PHILIPPVS MELANTHON vertit.

Hosp. *Quis misera te tractauit indignis modis.*
Nam religionem cerno, quae olim floruit.
Sed ecce saeuus hanc Leo & rapax lupus
Et vrsa lacerarunt, ô te miserrimam
Nemo ne te Piorum adiuuit ô Dea?
Religio. *Dic hospes vbi nam gentium sunt vlli pij?*
An neminem pium terra vlla alit, loco?
Paucos, eosq; et ipsa sum adflictos male.
Sed antequam occidas medicos accersito,
Nam spiritum aegrè ducis extremum modo.
Dea sum, nec emori possunt vnquam Dij,
Leuare sed arte medica poßis haec mala.
Medicorum turba me sic hospes perdidit.

EPITAPHIVM PETRI MOsellani Lipsiae.

Conditus exiguo iacet hoc sub marmore Petrus,
Nobile cui nomen clara Mosella dedit.
Attica quo primum hic audita interprete lingua est,
Cum docuit grato Teutonas ore loqui,

Et latè veterem linguæ reuocauit honorem
Natiuumq; illi reddidit arte decus.
Ipsius eloquium viuo Cicerone probasset
In medio quondam Roma diserta foro.
Magna etiam coluit pietate oracula Christi,
Et sanctis studijs consona vita fuit.
Ipse suam viuus quod spe votisq; petiuit,
Pars sit ut ætherei da bone Christe chori.

Aliud filij sui Georgij.

Hic posuit nati mœstus pater ossa Melanthon,
Vtq; animam serues te bone Christe rogat.
Ille duos nondum totos compleuerat annos,
Cum non matura morte peremtus obit.

IN TVMVLVM CHILIANI
Metzleri Vratislauiensis.

Hic iacet ac placida Chilianus morte quiescit,
Metzlero iuuenis de genitore satus.
Pectore qui clarum referens vultuq; parentem,
Fama sui generis summa futurus erat.
Si non heu misero spoliatos flore iuuentæ
Hic procul à patria mortuus esset humo.
Hunc tu qui pueros cœli dignaris honore
Perpetuo tecum viuere Christe sinas.

Filia Præfecti Saxoniæ.

Ipse iubes ad te pueros ô Christe venire,
Atq; hos perpetua morte perire negas.

 Hæc

Hac sic Margaridos posuere hic ossa parentes
Nobilis ex Mutia quae fata gente fuit.
Et tibi qui gemitus audis ac vota piorum,
Commendant natam maxime Christe suam.

Oratio Diomedis ad Regem ex nono Iliados.

Fas sit Atrida mihi tua dicta refellere primum,
Quae modo inops animi fudisti incondita, perfer
Dicentem placide & nostro concede dolori,
Nam libertatem donat mihi concio fandi.
Tune mihi Danaum tota spectante caterua
Obijcis ignauum pectus foedumq; timorem?
Crebri huius facio testes iuuenesq; senesq;.
Non superi cunctis regum te dotibus ornant.
Sceptra dedere tibi, augustum & venerabile signum,
Non tamen est virtus animi decus, addita, maius.
Imbellis ne adeo tibi turba videmur Achiui,
Vt turpem suadere fugam tot regibus ausis?
At si tantus amor patrium te retrahit Argos,
Perge licet tibi, nemo viam, vada cerula, naues
Intercludit, & hinc comites ab incepto inertes.
Sunt quibus est pudor infectis discedere rebus,
Et certum est mecum Sthenelus si manserit vnus,
Durare & fato ruituram euertere Troiam.
Haud etenim Troiam ventum sine numine Diuum.

IOCVS AD PHILLIAM EBE-
rum.

Missa

Missa Hamburgiaca tibi dicitur amphora zythi,
Quod celans solus Paule bibisse cupis.
Inuites socios, vel quod Philoxenus optat,
Opto tibi collum, ceu solet esse gruis.

EPITAPHIUM ELISABETHAE coniugis I. Agricolae Islebij in vrbe Arctoa.

Clarus in hac Euangelium docet vrbe Iohannes,
Cui patria Islebij nomen habere dedit.
Texit in hoc tumulo dilectae hic coniugis ossa,
Sincera coluit quae pietate Deum.
Ac veluti nomen retulit, quod mater habebas
Baptistae felix Elisabetha tuum:
Sic imitata fidem, sic moris casta secuta est,
Et mens ipsius templum erat, esq; Dei.
Iustifica sic Christe fide tibi tradidit, & te
Pro nobis statuit λύτρα dedisse patri.
Haec erecta fide tibi paruit almi creator,
Totius & vitae, lex tua, norma fuit.
Semper & aerumnas victrix quas pertulit inter
Laeta Deo laudes obtulit atq; preces.

AD TVRRIM TEMPLI IN oppido Marieberg.

Augustus patriam cum Dux Elector haberet,
Hanc vrbem cuius condidit ante pater.
Hoc templum extructum est, sonet hic vt maxime
Vox Euangelij tempus in omne tui.

Et sincera sonet, quam tradit, & vnica, Christus
AEterno natus de genitore λόγος:
Hic tibi gnate Dei doctrinæ collige cœtum,
Iustifica cui sint corda renata fide.
Et fac templa Dei nos vt viuentia simus,
AEterno vitæ lætitiamq; dato.
Da soboli nostræ pacem moresq; guberna,
Et sint qui vera te pietate colant
Argenti venis etiam da semina larga,
Id quoq; nam donum nouimus esse tuum.

Epitaphium Iohannis ministri D. Philippi.

Iohannes patrij Nicri discessit ab vndis,
Huc accersitus voce Philippe tua.
Quem comes exilij iuuit precibusq; fideq;,
Nam vere gnato credidit ille Dei.
Ipsius hic Dominus sepeliuit corpus inane,
Viuit conspectu mens fruiturq; Dei.
Decessit 3. Aprilis, Anno 1553.

EPITAPHIVM CATHARINAE Coniugis Philippi Melanthonis,

Proximus hic tumulus Catharinæ contegit ossa,
Quæ Crappo quondam consule nata fuit.
Coniugio casto fuerat quæ nupta Philippo,
Ex scriptis cuius nomina nota manent.

Virtus

Virtutes habuit donatas numine Christi,
Matronæ Paulus quas docet esse decus.
Hic absente viro sepeliuit filia corpus,
Viuit conspectu mens fruiturq; Dei.

Obijt 11. Octob. Anno 1557.

Ex Antigone Sophoclis, vbi exponitur dictum Biantis Ἀρχὰ τὸν ἄνδρα δείξει, *citante Aristotele in V. Ἠθικῶν, aliter redditum quam supra lib. III.*

Non penitus vllius voluntas perspici
Potest, priusquam admotus ad Rempub.
Fungi Magistratu atq; imperij cœperit.
Ego, hunc virum pronuncio esse pessimum,
Qui ciuitatem consilio regens suo,
Non dicere audet optimas sententias,
Tacensq; veritatem dissimulat metu,
Et anteferre amicum patriæ solet.
Testor supremi numen immensum Iouis,
Si quid malum impendere patriæ videro,
Me ciuibus daturum id esse libere,
Nullum mihi fœdus erit cum patriæ hostibus.
Hæc salua tuetur & salutem ciuium
In hac amicos stante quærant singuli,
Illam videre quæ florentem, gaudeant.

Epis

Epigrammata trium statuarum ad Strymonem fluvium positarum civibus Atticis, qui Medos represserant ex Aeschinis oratione κτ̄ Κτησιφῶντος

Prima statua.

Hi virtute sua Medos ad Strymonis undas
Cogebant turpi vertere terga fuga.
Et primi domuere hostes ferroq; fameq;,
Vt tegerent patriae moenia cara suae.

Altera statua Epigramma.

Haec Ducibus grati posuerunt praemia cives,
Qui pia contra hostes arma tulere feros.
Vt moneant seros mensura trophaea nepotes,
Pro patrijs etiam ferre pericla focis.

Tertiae statuae Epigramma.

Cum Danai ad Troiam posuerunt castra, Menestheus
Dux ibi Cecropia missus ab urbe fuit.
Hoc aciem nemo melius disponere norat,
Si dubitas certus testis Homerus erit.
Hanc etiam laudem sibi postera vendicat aetas,
Namq; solent fortes Cecropidae esse duces.

De civica corona quibus dari solita, ex eodem Aeschine.

His grati cives donarunt ferre coronas,
Pro rebus gestis praemia iusta suis.

Qui

Qui libertatem pulsis ex vrbe Tyrannis,
Et leges patriæ restituêre suæ.

Ex Demosthenis oratione περὶ στεφάνου Epitaphium ciuium Atticorum

Hæc monumenta tegunt ciues, qui fortiter arma
Pro patriis aris proq; tulere focis.
Nec cessere metu, nec vitam amittere curant,
Cum patriæ auxilium pectora fida ferunt:
Et sæuos reprimunt hostes, ne regna superba
Externæ gentis Græcia serua ferat.
Sed postquam vicit duri sors aspera fati,
Ipsorum patriæ nunc tenet ossa sinus.
Non falli, euentus & semper habere secundos,
Diuinæ tantum sortis id esse scias.
Nulla potest vitare hominum sapientia fatum,
Multus & humanis mentibus error inest.
Fortunæ vicibus natura obnoxia nostra est,
Nec vitare homines tristia fata queunt.

Ex Phocilide

μήτε δίκην δικάσῃς πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς.

Nec nisi librato dirimat sententia litem,
Parte quid ex vtraq; queant, examine, causæ.

Epitaphium Lacedæmoniorum in Thermopylis ex Lycurgo.

Dic

Dic hospes Spartæ nos te hic vidisse iacentes,
Dum sanctis patriæ legibus obsequimur.

Trophæum Atheniensium de pugna Marathonia ibidem.

Attica deleuit Medos Marathonis in agris
Pubes, pro Græcis dum pia bella gerit.

Ex oratione Demosthenis de corruptela in legatione.

Publica non prorsus volat irrita fama per auras,
Namq; est iudicij diuini nuncia sæpe.

Ad iustum Menium Philippus.

Quod natura mihi blesam dedit inuida linguam,
Agnosco vitium, non amo, Iuste, meum,
Cuiq; suam labem attribuit natura nouerca,
Omnibus & sors est arte ferenda sua.
Hoc ego malo tamen, quam quo tu Iuste laboras,
Quin mala cum laudas carmina, nulla facis.

Menij Responsio facta ab ipso Philippo.

Non mordere valent quenquam tua carmina blese,
Nam desunt Musis salq; leposq; tuis.

Clarissimo viro Ioachimo Bustio Doctori.

Hunc tibi iustitiæ cultori dono libellum,
Qui te iustitiæ prima elementa docet.

IN ELEGIAS CHRISTOphori Copeheni 1543.

Eloquium & numeros facilemq́; in carmine venam
Indidit humani mentibus ipse Deus,
Autorem nobis hæc vt vestigia monstrent,
Et nostra in cœlum vota preceſq́; ferant.
In populisq́; sonent laudes & dona parentis,
Præmia qui iustis pro pietate dabit.
Hic exempla etiam virtutum in carmine tradi,
Et normam qua sit vita regenda iubet.
Tales materias celebret cum Musa Copeni,
Lectori gratam conuenit esse pio.

AD MENSAM precatio.

Quod sumus & tegimur, dulces quod carpimus escas
Omnia credamus muneris esse Dei.
Sufficit hic etenim vires alimentaq́; rebus,
Sustentat verbo cuncta creata suo.
Mortales miseros, pecudes, armenta, volucres,
Implumem coruum vestit, alitq́; Deus.
Ergo debetur quædam reuerentia mensæ,
Ergo decet grata sumere mente dapes.
Non trahat in præceps cæcum βȣλίμια pectus,
Immemor vt dubitet soluere vota Deo.
Sicut Centauri conuiuia barbara ducunt,
Ignari victum qui dedit esse Deum.

Gustatura cibos solita est libare vetustas,
Qui mos à sanctis patribus ortus erat.
Sic quoq; nostra pios præmittant fercula cœtus,
A prece principium, de prece finis erit.

AD REVERENDVM SENEM Doctorem Iustum Ionam Mense Octo. Anno 1555. cum rediturus esset Philippus VVitebergam ex inclyta vrbe Norica compositis de Osiandri dogmate dissidijs.

Rex iustus tenuit Solymorum initia sceptra,
Qui docuit veri numina nosse Dei.
Viderat & sub aquis hominum genus omne perire,
Et lacrymis vndas auxerat ipse suis.
Et quinti secli tardos confecerat annos,
De vero testis posset vt esse Deo.
Hunc non raro senex Abram vicinus adibat,
Vallis Ebronææ qui nouus hospes erat:
A seniore tamen didicit primordia mundi,
Quoq; modo fuerit vox patefacta Dei:
Quiq; Dei fuerit cœtus, mundiq; furores,
Vt tegat hunc inter dextera magna Dei:
Natus & æterno quis sit λόγος ille parente,
Qui solet esse pij duxq; comesq; gregis.

Et carne indutus nostra qui tempore certo,
Fracturus sæui colla Draconis erat.
Placatáq; ira rursus qui gaudia vitæ,
Deleta nobis morte datnrus erat.
Sic tamen æternus Pater hunc vt conditor orbis
Iustifica agnosci iusserit ipse fide.
Colloquia hæc illi quando dulcißima miscent,
Sæpe vident medios intea adesse λόγον.
Sic etiam decuit mala nos lenire senectæ,
Et viua curas voce leuare graues.
Hæc de doctrina multis collatio lucem
Adferret: quædam longa senecta docet.
Vtilis ætati venienti noster vt esset
Consensus, regeret quem Deus ipse λόγος:
Sed nunc impediant quæ, constat, ἐριννύες, istos
Congessus, dulcis colloquijq; vias:
Non tamen impediunt gemitus & vota piorum,
Gnate Dei cœtus tu rege Christe tuos.
Inq; Deo facias nos vnum sinius vt omnes,
Nulla venit nobis te nisi dante salus.

DE ENCAENIIS CELEBRAtis Ierosolymæ mensæ nono, propter memoriam repurgati Templi, tempore Iudæ Macābæi, Carmen scriptum, Anno á natali Christi 1557. qui erat ab eo anno quo Idolum ex templo eiectum est, Millesimus septingentesimus vicesimus quartus.

AD INCLYTVM DOMINVM
Ludouicum comitem ab Eberstein, & Dominum in Neugarten &c.

Hoc Encænia læta mense nono
In pulcris Solymis agi quotannis
Mos est traditus, vt memor triumphi
Esset posteritas, Phalange cæsa
Quo βδελύγματι dira Macabæus
Delens, restituit pios honores,
Quos verus Deus vnicus creator
Humani generis, docet, probatq́,
Qui se voce sua, datoq́ gnato,
Ostendit, vetuitq́ lege fingi
Cultus esse alios Dei, Deosq́.
Huic vero Solymi Deo potenti
Hoc pro munere gratias agebant,
Hunc verum esse Deum Sione tota,
Hunc seruare suos pie canebant,
Orabantq́ suam tegi Siona.
Nos Encænia nostra cum vetustis
Grati nunc celebremus, atq́ nobis
Luce Euangelij recens reducta
Ex templis simulacra mentibusq́
Pellentes reuerenter inuocemus
AEternumq́ Deum, Deiq́ gnatum,
Et quos voce sua docet, probatq́,
Constanter, tribuamus ipsi honores,

Custos

Custodemq́; sui sciamus esse
Cœtus hunc Dominum λόγον parentis
AEterni χόρδον sibi cruentum
Qui circumdedit, esset vt redemtor
Humani generis potensq́; Siloh.
Hunc, vt protegat & Siona nostram,
Votis aßiduis precamur omnes.

*Demetrio hoſpiti Conſtantino-
politano.*

Θρυϊκίης ξένε ἐκ πόλεως καλέω σε μεθ' ἡμῶν,
Νυνὶ φαγεῖν, μῖξαι καὶ χαρίεντα λόγον.

Gnome de invocatione.

Ὅτι χρεῖαν ἔχεις τεύξεις αἰτῶν
παρὰ χρίστου.

PSAL. CXII.

Beatus vir qui timet Dominum &c.

Felix ille Deum metuit qui pectore toto,
Et non fucata relligione colit.
Et qui diuinæ legi parere studebit,
Et cui deliciæ sunt bona iussa Dei.
Fluctibus in medijs seruabitur ille, paternas
Implebitq́; sua posteritate domos.
Et quanquam varijs iactetur sæpe periclis,
Attamen hunc summus seruat alitq́; pater.
Huius conatus facilis fortuna fouebit,
Prouehet & dextro numine cuncta Deus.

Illius æstiuæ superabunt horrea messes,
Et fruges amplo fœnore reddet ager.
Hunc pater ancipiti seruabit tempore, iusta
Causa patrocinio vincet vbiq; Dei.
Non deerunt vnquam dubijs solatia rebus,
Quæ faciunt pectus firmius esse viro.
Lumina ceu tenebris apparent clara remotis,
Sic tristi inueniet tempore lætus opem.
Vir bonus adflicto facilis succurrit amico,
Et quacunq; potest sedulitate iuuat.
Æraq; non ægre dat mutua ferre petenti,
Ac opibus large subuenit ille suis.
Nec sibi diuitias per fraudem aut quærit honores,
Nec cuiquam iniustas inicijt ille manus.
Si quando exitium fortuna inimica minatur,
Illius semper vult meminisse Deus.
Et quia se curæ esse Deo confidere nouit,
Non huic incutiet nuncia fama metum.
Mens immota velut magno cum robore quercus;
Constat, & in Domino, spemq; animumq; locat.
Sed qui contemnit cœlestia iussa, peribit,
Nam subito veniet magna ruina malis.
Vir quoq; multa pius confert in pauperis vsum,
Et fiet miseris portus & aura viris.
Ille potest semper dubijs succurrere rebus,
Isq; malis victus cedere nescit homo.
Impius vsq; licet cœlestia numina culpet,
Dicat & iratus iurgia multa Deo.

Non

Non impune diu tamen hoc erit, impia tandem
Turba graues pœnas suppliciumq́; luet.

Psalmi primi Paraphrasis.

Ocia non animis secura pecunia confert,
Nec vitæ tutus, credite, portus erit.
Deniq; nemo suo vallum sibi Marte parare
Contra fortunæ iura vicesq́; potest.
Felix ille Deo quisquis Duce fidit, & huius
Ambiguum vitæ lege gubernat iter.
Hunc pater in dubiis rebus tegit optimus, atq;
Defensum in gremio gestat vbiq; suo.
Vtq́; nihil lædunt hyemis mala frigora Palmam,
Illaq; perpetui veris honore viret:
Sic etiam iste malis nescit succumbere victus
Durat, & in media viuere morte solet.

Concio Christi ex Psalmo secundo.

Quis furor est contra cœlestes arma mouere?
Successu impietas est caritura viri.
In celsa tradit mihi regia sceptra Sione,
Et mandata Deus dat noua ferre mihi.
Namq; ait ipse Pater, gnatus mea summa voluptas,
Hæres iure mihi totius orbis erit.
Huius qui sequitur Regis victricia signa
Fortunæ tutas rideat ille minas.
Maximus ista pater gnatum mandata per orbem
Non vana in populis spargere voce iube.
Vos populi gnato patris date thura supremi,
Hoc quisquis fidit Principe saluus erit.

EPIGRAMMATVM REVERENDI VIRI PHIlippi Melanthonis Liber Quintus, studiò & opera Petri Vincentij Vratisla: collectus & recens editus.

SVMMA DOCTRINAE Christianæ ad piam iuuentutem.

Hæc pueri veræ pietatis credite summa est,
Et meminisse Deum, & bonitati fidere patris,
Et casti mores, mentisq; exempla renatæ.
Ille Deum metuit, magnam qui iudicis iram
Sentit, & illius horret facesq; minasq;,
Et se supplicium æternum meruisse fatetur.
Primus hic est gradus ad Christi cœlestia regna
Sic vates Esaia canit te maxime rerum
Condidor in pauido, & deiecto corde habitare,
Si pudeat peccasse, doloreq; hic pectora scindat.
Non simulentur ait lacrymæ, gemitusq; Iohelus,
Iusta Dei non antè vnquam placabitur ira
Quàm tibi displiceant vitæ commissa prioris
Et verè doleas rerum offendisse parentem.
O vis quanta iræ est, immensa potentia cum se
Exerit atque sui contemtum vlciscitur, inq;
Infirmas animas ingenti numine sæuit.

Pœniteat vitæ Petrus, inquit, turpiter actæ,
Hæc est ad veniam nobis via prima petenda,
Dum viues nunquam sanctum depone timorem,
Sæpe Deiq; minæ, cœlestia fulmina, menti
Terrorem incutiant pectus frangantq; superbum.
Sed tamen interea mentem fiducia semper
Erigat, atq; metum quædam solatia rursus,
Luctando superent de Christo prodita nobis
Et peccata tibi per Christum crede remitti,
Ingentemq; iram placari numinis, & si
Spem veniæ mens ægra, grauiq; absterrita mole,
Et varijs scelerum formis dubitet retinere.
Tu confide tamen: gratis ignoscere nobis
Decreuit Pater & nostrum demisit in orbem.
Vt peccatores seruaret crediti ègnatum.
Non nostri tribuit benefactis munera tanta,
Vnica pro nobis mactata est victima Christus.
Hoc Euangelium Romanos Paule docebas,
Nostra nihil benefacta queunt nos iustificare.
Iusticia hæc demum est vni confidere Christo,
Quod tibi placarit Patrem, veniamq; rogarit
Ille vnctus digitis patris vnus cuncta sacerdos
Impetrat, & nunquam sunt illius irrita vota.

SENTENTIAE SALOmonis ex primo capite.

Pauca ego sum vobis morum præcepta daturus,
Spiritus è cœlo prodidit illa Dei.

 Et qua

Et quâ sit Deus exponam pietate colendus,
Et probet ergà homines qualia facta Deus.
Sed qui non metuit cœlestia numina verè,
Ridebit monitus impius ille meos.
Est verò metuisse Deum sapientia prima,
Hunc metue euenient cuncta secunda tibi.
Deinde patrem colito, monitisq; audito paternos,
Et facias matris iussa verenda tuæ.
Namq; probos pueros velut ornant torque parentes,
Sic illos cumulat summus honore pater.
Principio hoc etiam est ætas incauta monenda,
Præceptum trado non leue, iussa Dei.
Parua pij pars sunt hominum, pars maxima contra
Quàm nunquam possis enumerare, mali.
Rem quibus atq; decus scelere est cumulare, voluptas,
Non illos terret vindicis ira Dei.
Et plerumq; malis fortuna indulget amica,
Non fauet illa diu, sed fauet illa tamen.
Ergo ne numero iuuenis moueare caueto,
Vt quæ turba probet tu facienda putes.
Non habet impietas successus credite longos.
Iustaq; pro factis pœna venire solet.
Hei mihi cur parent tam pauci vera monenti,
Nec tangunt monitus ferrea corda mei:
Verùm hæc destituet cùm vos fortuna vicissim,
Non tanget summum vestra querela patrem.
Ne dubitate venit pro factis pœna luenda
Iusta Dei vanas non habet ira minas.

Sed quia paulisper fortuna secunda malorum est,
Et tristi vultu respicit illa pios,
Falleris & regere hæc nullum mortalia numen
Credis, & impune cuncta licere tibi.
His fortuna nihil mea qui præcepta sequuntur,
Vel cum conatur lædere, sæua nocet,

CAPVT II.

Si fieri cupitis sapientes pectore toto,
Vos pueri, vt doceat, sæpe rogate Deum.
Illa etenim demum vera est sapientia, si qua est
De cœlo summi prodita ab ore patris.
Sic bonitas immensa Dei, sic ira videri
Ostendet vobis cum Deus ipse, potest,
Ille gubernabit sancto tua corda pauore,
Cœlestesq; dabit posse timere minas.
Eriget ille etiam ac faciet sperare timentem,
Tu modo ne dubites poscere semper opem.
Hoc sapere est, ac nosse Deum, si rite timebis
Fidere & illius si bonitate scies.
Ille iter incertum vitæ moderabitur, atq;
Muniet aduersus cuncta pericla pios.
Consilium semper dat rectum posse videre,
Semper successum consiliumq; iuuat.
Multa iubet perferre pios, verum ipse secundos
Euentus dubij temporis esse facit.
Et ne te sceleratorum contagia lædant,
Non opis humanæ est effugere illa, cauet

Impia ne mentem accendant exempla malorum
Doctrinæ noceant neuè venena tibi.
En ne vesano scorti capiaris amore,
Scortantes perdet vindicis ira Dei.
Hos monitus audite, pios bona numina seruant,
At iustas pœnas impia turba dabit.

CAPVT III.

Ne te parue puer capiant obliuia legis,
Quæ clara summi prodita voce Dei est.
Verum insculpe tuo cordi sanctissima iussa,
Sit mens diuina scripta tabella manu,
Sic tibi contingent longissima tempora vitæ
Placatusq; dabit maxima dona Deus.
In dubijs nunquam deerit prudentia rebus,
Et Deus euentus, consiliumq; reget.
Esse Deo curæ te credito pectore toto.
Auxilium vitæ, posce modo, ille feret.
Auro pars hominum fidunt, prudentia multis
Securos animos tollere vana solet.
Sed tu consiliis ne fide tuis, Deus illa
Arbiter & vindex irrita sæpe facit.
Quicquid ages, petito Deus vt te rite gubernet,
Semper enim gressus sic reget ille tuos.
Decipiet fallax tua te sapientia, nunquam
Ingenij fidas viribus ipse tui.
Et non eueniet quicquid promiserit illa,
Noxia sunt & quæ pro fore sæpe putes.

Quid fieri tantum properabas Cora sacerdos,
Attulit exitium nam tibi raptus honos.
Quæ iussit Deus, hæc tantum faciasq́ue, probesq́ue,
Qui timet hæc, fugiat cætera cuncta procul.
Felix ille Dei qui formidauerit iram,
Non fortuna pijs sæua nocere potest.
Primitias frugum genuit quas fertilis annus,
Munera cælesti debita redde patri.
Et donum esse Dei fatearis pectore grato,
Semina quod magno fœnore reddit ager,
Ne seges eludet messem fallacibus herbis,
Ipse ope cælesti semina læta fouet
Has tantum laudes sibi dici poscit ad aras,
Gratior hic honos est, quàm data thura Deo.
Partem aliquam tamen & promas in pauperis vsus.
Certa Sacerdotum pars quoque messis erit.
Sic tibi diuino vindemia munere fundet,
Vuida de pleno feruida musta lacu.
Si mihi parueris, & vincent horrea messes,
Et seges in pingui luxuriabit humo, &c.

CANTICA CANTI-corum, Caput I.

Crebra tuæ Dominus noster dat basia genti,
Et figit labris oscula blanda suis.
Namq́ue tuus fauor est nobis iucundior vnus
Quàm bona quæ curas pellere vina solent.
Cùm nobis verbum donaueris, vndiq́ue fama
Nominis ingentes spargitur ipsa tuis.

Nunc igitur multi verbi recreantur odore,
Et norunt multi te pater, atq; colunt.
Accurrunt & te cupiunt nouisse puellæ,
Hæc verbi fragrans agmina ducit odor.
Tu tamen infirmæ præbe solatia genti,
Currenteſq; iuua numine quæſo tuo.
Esse vides nó bis subeunda pericula mille,
Illa nisi duce te vincere nemo potest.
Ecce autem in thalamos securam me modo ducit
Rex meus & noua nunc gaudia pectus habet.
Hic noua dat miseræ rursus solatia genti,
Et medios hostes inter & arma tegit.
Hæc te quisquis amat benefacta agnoscere grato,
Et laudare solet pectore summe pater.
Nigra equidem videor sicut tentoria Cedar,
Incultis Arabes quæ posuere locis.
Et quoniam exercent me multa pericula spernor,
Fortunæ species est odiosa meæ.
Sum formosa tamen pulchre Solomonis vt arces
In celsa quas nunc ille Sione struit.

EX NOVO TESTAmento.

Primum Caput, ad Timoth.

Exoptat Paulus tibi summo à patre salutem,
Non cassis votis candide Thimothee.
Iniunxi mandata tibi, puer optime, quando
Ex Epheso Macedum terra petenda fuit.

Vt nostra studeas arcere à plebe Magistros,
Quos fama cogit falsa docere sitis.
Hæc autem facienda pijs præcepit Iesus,
Acribus hæc studijs iusserat ille peti.
Vt nihil addubites curæ nos esse parenti,
Qui vocat hunc vero pectore, sentit opem.
Ille luet iustas pœnas, qui numen Iesu
Non colit, & miseros velle iuuare negat.
Illa sibi demum mens est benè conscia, fidit
Quæ bonitate Dei, quæ metuitq́ minas.
Proxima sed virtus, homines colere atq́ iuuare est,
Et Christum castis moribus exprimere.
Hunc quicunq́ scopum non attigit, optime gnate,
Nil præter nugas ille docere potest.
Ille Deum nostris oculis non monstrat, & esse
In cœlo nobis pernegat ille patrem.
Et miseris animis solatia nulla relinquit,
Corda Dei verbo non leuat ille malis.
Non vires contra Satanam, non arma ministrat.
Deniq́ ei totus fabula Christus erit.
A Christo reuocat mentes & fingere mores,
Viribus humanis id satis esse docet.
Ergo vrget legem & seruilia munia poscit,
Non onus hoc Christi mentio grata leuat.
Et tanquam faciem radiantem Mose tegebat,
Nec potuit lucem turba videre Dei.
Ille etiam infirmis oculis te Mose tuetur,
Atque Deum tecta lege videre nequit.

Non ego lege volo male libera pectora solui,
Ista feras mentes indomitasq; regit,
Et iubeo sanctam legem, sed ritè doceri,
Somnia, non legem plurima turba docet.
Lege rudes animos cœlestia assuescere iussit
Seruitiq & flecti ferrea corda Deus.
Dum melior mentes afflarit Spiritus ille,
Non dubiaq; facit cernere luce Deum.
Nonne minas audis & magnæ fulmina vocis
De Sina intentat quæ tibi rupe necem?
Irrita crede ferent non hæc oracula venti,
Non hinc paruus apex, aut breue iota perit.
Vtq; Deus vituli cultores perdidit olim,
Et turbam infidam protinus igne necat:
Sic vitijs etiam nostris irascitur, atq;
Frenari mentes lege metuq; iubet.
Lasciuæ Deus hæc iniecit vincula carni,
Deprimat vt tristi colla superba iugo,
Addidit ærumnas generis mala plurima nostri,
Custodesq; istos carceris esse dedit.
At quibus incusso monstrat delicta pauore,
Et lex in quassa vulnera mente facit.
Talibus ex Euangelio medicina petenda est,
Admouet his medicam Christus & ipse manũ.
Condonat culpam & solatia multa malorum,
Eq; suo effundit gaudia vera sinu,
Spiritus ille etiam patris delapsus ab ore,
Induit atq; agitat numine corda nouo.

Vtq;

Vtq; ſolet teneros oculos munire viator,
A patre nos ſummo ſic docet ille regi,
Languenteſq; animos noſtros inuitat, vt auſint
Sperare in medijs numen adeſſe malis,
Et Veneris ſedat flammas, iramq; furentem
Spiritus, & ſancto corde pudore regit.
Nulla puer mentem infirmam peccata retardent,
Ne veniam ſperet vel petere auſit opem.
Erigat vt peccatores ac ſeruet Ieſus,
E patris in terras venerat ille ſinu.
Meq; ſuæ fecit ſpecimen bonitatis, vt ægris
Adderet exemplo ſpemq; animumq; meo.
Inſcius impura quamuis conuitia lingua
Dixiſſem in Chriſti dogmata vera boni.
Cultoreſq; Dei ferro iugulare ſolerem,
Et gererem contra non pius arma Deum.

Ex ſecundo Capite.

Non animo placido tolerare aut pectore forti,
Aduerſos caſus impia turba poteſt.
Iam queritur non eſſe Deo mortalia curæ,
Atq; hominum audiri vota preceſq; negat.
Iam non digna bonos ſtomachatur ferre, patiq;
Et non virtuti præmia iuſta dari.
Non etiam ægrotam ſpe mentem ſubleuat, & non
Auxilium miſeris numina ferre putat.
Feſſa labore fugæ longinquæ Hebræa fremebat
Gens in Idumeis talia ſæpe iugis.

At vos & puras ad cœlum tendere palmas
Vultis, & aduersis quærere rebus opem.
Namq; malis nimium indulgens fortuna minatur,
Exitium populo triste paratq; Dei.

PRIMVM CAPVT EPIstolæ ad Colossenses.

Exoptat Paulus vobis quicunq; Colośsis,
Mente pia Christum colitis, pacem atq; salutem:
O ego quas dicam grates tibi maxime rerum
Conditor immensum quia latè spargis in orbem
Nostri Euangelij demissa oracula cœlo.
Doctrinaeq; tuæ paruis das ferre Colośsis
Munera vt in clara poßint te luce videre,
Et metuant vitijs te nostris triste minantem
Supplicium & bonitate tua confidere discant.
Et Christi meritis placatum diligere ausint,
Defendiq; regiq; tuo se numine credant,
Et certam vitæ melioris concipiant spem,
Et casto sibi quisq; alios complexus amore,
Omnibus officijs liget: Et quæ cætera Epaphras
Ille meus docuit, sed tu pater optime rerum
Aspires, & adhuc infirmas prouehe vires,
Et teneris concede animis adolescere, quæso.
O pater & paruos cœlesti ope perge fouere
Segniaq; accendas diuino numine corda,
Vt discant oculos in te defigere mentis,
Et magni assuescant propius vim cernere amoris.

Quo nos qui colimus Christum complectere, & esse
Nos curæ tibi perspiciant, certentq́ vicißim
Iam mores tibi castos, atq; reponere facta
Digna Euangelio, atq; aliquas referant tibi grates,
Contemnantq́ minas ingenti pectore mundi,
Et sperent dextra defendi posse paterno,
Sic Euangelij surgat seges aurea nostri, &c.

Iocus Nasonis in importunum Ianuæ pulsatorem.

Forte domi solus quondam dum Naso sederet
Intentus studijs, carminibusq́ suis.
Pelignus gelido veniens à rure colonus,
Ardua diuini limina vatis adit.
Vtq́ erat agrestis, strepitu ferit ostia magno,
Et tacito properans increpat ore moras.
Nescio quid talem vatem sit, & inter asellum,
Respondit breuiter Naso Poeta, fores.

Ad Regem Poeticum in conuiuio.

Vendunt carmina cæteri Poetæ,
Et mercede suum locant laborem,
Et prostare suas iubent Camœnas
Pro paucis obolisue, nummulisue,
Nos gratis celebrare te solemus.
Nostrum ergo officium tibi probari
Æquum est, quisquis enim nihil reposcit
Vera encomia dicere est putandus.

Aliud ad eundem.

O princeps hederam tibi sequacem
Nos contexuimus, piumq; munus
Frondentem pueri damus coronam,
Tantum barbara nulla te Thyara
Tantum Causia nulla te decebit
Quantum te virides decent Corymbi,
Vatum conuenit hæc corona Regi,
Musæ namq; hedera solent piorum
Vatum cingere tempora albicante,
Grato pectore parua dona sume.
Quæ nos officiosa turba tanquam
Diuis debita thura dedicamus.

Precatio pro regno poetico.

Vera fides, Deus, est regum te sceptra tueri,
Et quoddam numen regibus esse datum.
Ergo precor faueas regnis puerilibus istis,
Namq; etiam pueri sunt tua cura Pater.

In lectionem Liuij.

Si quos larga iuuat Liuij facundia, & ingens
Copia quæ Cornu vicerit Ida tuum:
Huc agite atq; ædes studiosi visite nostras,
Sidonij relegam maxima facta ducis.

IN CIC. DE ORATORE libros.

Dicendi

Dicendi Craſſus diuinas explicat arteis,
Cum ruſticatur Thuſculi.
Vicerit iſte ſenem facundæ Neſtora lingua,
Sermonis elegantia.
Quem ſi forte libet propius cognoſcere adeſte,
Nos proponemus candide.

IN PHILIPPICAS Demoſth.

Intentet Macedum Regi quæ fulmina Rhetor
Atticus, huc venias ſi modo noſſe velis.

IN OFFICIA Ciceronis.

Tulij nos hodie optimum libellum.
Qui pectus tenerum rudemq́ linguam
Diuini expolit arte, prælegemus.
Virtutis tibi monſtrat eminentem
Arcem Tullius, atq́ firmiorem
Portum, quem feriant Noti procaces,
Euriq́ Boreæq́ ſæuientes
Fruſtra, quiq́ minas nihil moretur
Fortunæ, & placidam tibi quietem
Et mentem pariat ſereniorem.

IN DEMOSTHEN. περὶ ςεφάνȣ.

Enarrare, labore tot dierum
Laſſatus nequeo forenſe bellum

Facundus quod in Attica vrbe gessit
Rhetor, totius ille concionis
Dum mentes traheretq; flecteretq;
Iratus, hodie ocium mihi oro
Concedi, breue feriasq; iustas.

Significatio feriarum.

Tempestiua iuuant operosas ocia Musas.
Martini ferias sit mihi fas agere.

IN HOMERI LECtionem.

Concio vbi rediit templo dimissa, legemus
Iliacum in nostris carmen, adeste, scholis.

ALITER.

E sacro postquam rediit pia concio templo,
Enarrabo senis carmina Mæonidæ.

ALITER.

Hectoris exponam vobis pia iussa, precesq;,
E templo postquam concio missa redit.

IN VITVPERATIONEM Mercaturæ.

Huc ades auditor Ioachimi concio nobis
Cæca Propolarum furta, dolosq; dabit.

IN AESOPVM EPIGRAMma Ebnero scriptum.

Nomine quæ Sophiæ se vendit turba superba
Ore sonant tragico somnia ridicule.
Ecce iocis Phrygius dum condit seria punctum
Omne tulit miscens dulcibus vtilia.
Si Phrygium discis diuinum carmen Erasme,
Moribus & lingua tum mage cultus eris.
Phæacius alius forsan laudauerit hortos,
Hic mihi fragrantes Phryx olet ecce rosas.
Moribus humanis quam prosit tincta lepore
Fabula si nescis Phryx tibi testis eris.

IN IMAGINEM *Iustiniani.*

Dextra tenet gladium, seruat manus altera libram,
Signa decent Reges scilicet illa bonos.
Illa quidem intentat sceleratis ciuibus arma,
Et terret stricto dextra mucrone malos,
Expendit iusto prius hæc examine causas,
Quam nudata sinat colla ferire rei.

IN PRAEDICTIONES *Astrologicas.*

Irrita crede mihi non sunt præsagia Vatum,
Nec dubias fati cernimus esse minas.
Quare cum prosit casus præscire futuros,
Hæc legito & monitis afficiare Dei,
Qui sapit ille animum fortunæ præparat omni,
Præuisumq́; potest arte leuare malum.

AD MILICHIVM.

Sidera dum claro spectas labentia cœlo,
Et signas oculis lumina nota tuis.
Vere aliquam mentem rebus quæ cuncta gubernat,
Et quæ nostra videt facta, præesse scias.

DE ORTV ET OCCASV *siderum secundum Poetas.*

Mane vehit supra terram tibi Cosmicus ortus
Sidera, sed Phœbi lumine tecta latent.
Mane dat Heliacus, quædam subiecta videre
Astra, sed Achronicus nocte videnda trahit.

MILICHIO.

Hæc tibi Milichi prognostica dono, precorq;
Mitiget vt nobis aspera fata Deus.

Eidem, vt locum de fato in Physicis non satis commode scriptum remittat.

Quas dedimus, chartas de fato quæso remitte,
Non scriptas fato docte Iacobe bono.
Ad limam reuocanda mihi sunt ista, sed opto
Vt fiant operi mollia fata meo.

ALIVD AD EVNDEM, QVOD *delectetur doctrina Physices.*

Mitte mihi Physicen, aliud nil scribere possum,
Tu licet errorem mentis id esse putes.

Non

Non me delirum dici credi'q; verebor,
Democriti similis forsitan error erat.
Et velut Hypocrates curari hoc noluit arte,
Hunc demi morbum sic ego nolo mihi.

ECLIPSIVM SOLIS ET LVnæ iam olim conspectarum descriptiones aliquot eodem Philippo autore.

ECLIPSIS SOLIS ANNI 1532 die 30. Aprilis in meridie.

Cras vbi labetur medio Sol arduus orbe,
Infaustâ fratrem Cynthia nocte teget.
Nec vos ô iuuenes cœlestia spernite signa,
Nec superum vanas esse putate minas.
Quas autem Eclipsis clades denunciet ista,
Hic typus ex aliqua parte monere potest.
Ecce subit tenebras Astrææ in sidere Phœbus,
Et comites Martem Mercuriumq; trahet.
Legibus hi sacris quas diua Astræa tuetur,
Cum male sint positi maxima damna dabunt.
Vos tamen à Christo votis exposcite pacem,
Ille pericla vnus pellere cuncta potest.

ECLIPSIS LVNAE ANNO 1533. die 4. Augusti.

Nox vbi roriferas terris induxerit vmbras,
Actus & hic fuerit Sole cadente dies,

Infectura teget ferrugine Delia vultus,
Aethereo fratris lumine cassa sui.
Ac velut aeternas mundo factura tenebras
Incutiet pauidis mentibus ipsa metum.
Fallor? an irati portendit numinis iram?
Ne superum vanas esse putate minas.
Non magis his annis metuendum vidimus vllum
Prodigium, veri sidera si quid habent.
Infaustus tenebras spectat Saturnus ab ortu,
Et tacita populos fraude mouere parat.
Saeuus ab Euronoto Mauors te Cynthia terret,
Iniustisq; armis impia regna petit.
Pene fuit similis fatali Eclipsis in anno,
Quo misera cecidit rustica caede cohors.
Nos igitur moniti signis orare iubemur,
Fiat vt irati mitior ira Dei

ECLIPSIS SOLIS, ANNO 1534. die 14. Ianuarij.

Euentus quod habent tardos coelestia signa,
Non ideo vanas esse putate minas.
Impius hic vulgi furor est contemnere fata,
Impietas poenam verum habet ista grauem.
Ante canunt vobis venturos numina casus,
Et leuas mentes saepe monere volunt.
Admoniti rursum superum flectamus vt iram
Et fiant nostra mitia fata prece.

Sed

Sed sunt heu nimium surda mortalibus aures,
Non vllæ terrent pectora dura minæ.
Quare iterum sæuas portendunt sidera clades,
Cras vbi sol medio traxerit orbe diem,
Aetheris tunc vecta plagis non omine fausto,
Obscura solem Cynthia nocte teget.
Crede mihi accelerant iam non contantia fata,
Euentus faciles sed dato Christe precor.

ECLIPSIS LVNAE, ANNO 1534. die 29. Ianuarij.

Postquam hodie Phœbus fuerit dilapsus in vndas,
Sudantesq; trahet sub freta fessus equos,
Lunaq; consurget per opaca crepuscula noctis,
AEthereas inter conspicienda plagas.
Huius vbi cœlo labetur pœna supremo
Vmbra, tenet nitidum sanguinolenta caput.
Ingentes motus populorum & bella minatur,
Hanc prope Gradiui noxia stella comes.
Non procul Hesperio Saturnus cardine miscet,
In populis fraudes in populisq; neces,
Iam toties hominum cœlestia numina mentes,
Irrita nec possunt signa tot esse, monent.
Horrendis nuper tremuerunt motibus Alpes,
Et ripam sensit Rhenus vtrumq; quati.
Nos igitur summi placemus numinis iram,
Vt fiant nostra mitia fata prece.

DE ILLVSTRISSIMO PRINCIPE ac Domino D. Iohanne Friderico Duce Saxoniæ Electore &c. mortuo die tertio Ianuarij, Anno Christi 1554 ætatis vero quinquagesimo primo.

Saxonici Ducis hæc celebrati Herois imago est,
Cui clarum nomen Ian Fridericus erat,
Qui pia doctrinæ curauit semina spargi,
Qua videt arctoum Saxonis ora latus.
Iustificaq; fide capiens tua munera Christe
Sincera coluit cum pietate Deum.
Sic etiam patriam iusto moderamine rexit,
Exemplum vt possit Principis esse boni.
Et quanquam bello cessit tibi Carole moto,
Induerat pietas attamen arma Duci.
Ergo Deus præsens euentus leniit ipsi,
Ac intertexit mille pericla virum.
Maioremq; tulit fidei constantia laudem,
Quam poterat victrix dextera ferre Ducis.
Vt Daniel captus patriæ plus profuit exul,
Quam si gessisset bella cruenta domi,
Hic etiam postquam Christi bonitate reductus
Ad patriæ rediit limina sacra suæ.
Voce sua pacis fuit autor, debita tantis
Pro meritis ipsi gratia semper erit.
At nunc ornatus patriæ cœlestis honore,
Colloquio fruitur maxime Christe tuo.

Summe Deus tu das solus felicia regna,
Saxonicos igitur protege quaeso Duces.

DE ILLVSTRISSIMA PRINCIpe ac Domina Sibylla, coniuge Ducis Saxoniae Iohan. Friderici Electoris &c. nata ex Illustrissima familia Iuliacensium & Cleuensium &c. mortua die 21. Feb. Anno Christi 1554. 11. die ante mortem mariti.

Edita Iuliaca fuerat quae stirpe Sibylla,
Saxonici coniunx & generosa Ducis,
Bilioneae tui generis Gotfride propago.
Maiorum celebri stemmate clara fuit.
Gotfrido, postquam Solymae rex factus in vrbe est,
Spinea, regis honor, gesta corona fuit.
Haec etiam caput est spinis redimita cruentum,
Facta crucis consors moesta Sibylla viro.
Sed postquam terras vitae pertaesa reliquit,
Laeticia fruitur contuituq; Dei.
Atq; sui rursus pectus complexa mariti,
Gaudia percipiens non moritura, tenet.
Hic vbi Gotfridus, Dauid, sanctusq; Iosias
Te comitem adiungunt Ian Friderice sibi.
Cum quibus alloquio dulci recreatur vterque
Coniuge cum dulci casta Sibylla suo,
Historiamq; suae memorant aetatis, & optant
Maiorum natos inclyta facta sequi.

Ex Sophocle

Ὅπου δ' ὑβρίζειν, δρᾶν, θ' ἃ βούλεται παρῇ,
ταύτην νόμιζε τὴν πόλιν χρόνῳ ποτὲ
ἐξ οὐρίων δραμοῦσαν εἰς βυθὸν πεσεῖν.

Vertit Philippus.

Vbi petulanter facere quod libet licet,
Legúmq; vox & ira vindicis Dei
Ridentur, ac inane nomen est pudor:
Magno ruet ventis secundis impetu,
Mox in profundum mersa tota ciuitas.

DE REVERENDO VIRO MARtino Luthero Doctore Theologiæ, ad Filium Martinum Lutherum.

Mersa erat in terras Ecclesia mœsta tenebras,
Ac iacuit dura lege sepulta fides.
Ne tamen humanum prorsus genus omne periret,
Voce tui docuit nos Deus ipse patris.
Hic cum multa suæ fidei monumenta dedisset
Doctrinæ spargens semina pura Dei.
In linguam nostram studuit transfundere fontes
Et tantum lucis lectio nulla tenet.
Ergo Deum, pariterq; Dei celebrare ministrum
Perpetuo gratæ posteritatis erit.
Ac te præcipue patris nouisse labores.
Ipsiusq; sequi iussa verenda decet.

EPITAPHIVM CONRADI Musuri Noribergensis Iuris-consulti.

Hoc saxo tegitur Conradi corpus inane,
Cui patrium fuerat Noricaberga solum.
Cognomenq; vetus Musuri à stirpe paterna
Conueniens studijs quod tamen eius erat.
Nam fuit interpres legum custosq; sacrarum,
Quas vitæ normam tradidit esse Deum.
Iustificaq; fide coluit te maxime Christe,
Sincero faciens pectora vota tibi.
Esse Deumq; sciens æqualem æqualia amauit,
Rexit & in dubio iudicis ora foro.
Nunc morbo extinctus, quod spe votisq; petebat,
In gremio viuit maxime Christe tuo.
Hoc posuit coniunx monumentum fida marito,
Non ficta Christum quæ pietate colit.

EPIGRAMMATVM

REVERENDI VIRI PHILippi Melanthonis Liber Sextus, collectus & editus studio & opera Petri Vincentij Vratislauiensis.

EPITHALAMION ILLVSTRISSIMO *Principi Duci Saxoniæ Io. Friderico, & inclytæ Principi Agnetæ filiæ Principis Hessorum scriptum.*

Amore flagrantißimo
Sponsam suam tenerrimam
Amat ceu Sponsus vnicam:
Sic gnatus vnicus Dei
Imago viua qui Patris
Viuensq; semper est λόγος:
Massam naturæ diligit
Humanæ quam sibi induit:
Idemq; nos ceu surculos
Massæ insitos amat suæ
Et gestat in sinu suo.
Huius mirandi fœderis
Vult esse conditor typum
Amorem dulcem coniugum:
Amor sed vt castißimus
In filio manet Dei:
Sic esse castas coniugum
Mentesq; vult, & corpora:
Et punit horrendis modis
Flammas libidinum vagas:
Castas & accipit preces,
Tegitq; casta corpora.
Vos ergo cum connubij
Diuina iura copulent,
Amorq; iustus pectora
Cum vestra iungat mutuo,
Ian Friderice Saxonum
Dux nobilißime, & patre

Prognate Principum optimo.
Tuq; Hagne stirpis Haßiæ
Decus, fruamini in Deo
Amore læti mutuo.
Vos seruet & regat Deus.

AD IONAM.

Nunc de syderibus fatisq; regentibus orbem
Minguitia decus est gentis dicturus Erasmus,
Quem te Iona etiam prodest audire, tuoq;
Officio studium iuuenile accendere quondam,
Et paruam Ionam sic audiet ille vicißim
Idq; hoc pro merito tibi se debere putabit.

DE COMITIIS AVGVSTA-nis ad Bernhardum.

Dicere quàm mallem tibi litera nostra salutem,
Hinc à Vindelica quæ venit vrbe, ferret.
Cæsar vbi leges cunctis fert gentibus æquas,
Carolus haud illo quem regit Orbe minor.
Quod toties Domino scribis Bernharde, mihiq;,
Nec finis ex animo nos excidisse tuo.
Moribus ista tuis pietas est digna, fideq;
Cognita quæ multis casibus ante fuit.
Hoc tamen officio cœpit iam notior esse,
Quo nobis poßit gratius esse nihil.
Si quæris rerum quæ sit fortuna mearum
Accipe, de multis pauca referre volo.

Nondum damnata est docti pia causa Lutheri,
Cæsaris & nondum voce notata boni est,
Nos tamen iniustis odijs crudeliter vrgent,
Eccius atq; isto sæuior hoste Faber.
Cæsaris hi pectus, quo nil est mitius vsquam,
Irritant miris artibus atq; dolis.
Ipse tamen Cæsar contatur tardus ad iram,
Nec subitò in ciues tristia bella mouet.
Atq; in difficili causa, quod principe dignum est,
Iudicium sapiens præcipitare cauet,
Interea curis ego pene absumor acerbis,
Namq; animum patriæ sæua pericla mouent,
Nullaq; sunt tantas inter solatia curas,
Has nisi Pontanus quod reuelare studet,
Quo nemo in tanto numero præstantior vno est
Eloquio, & veris perpetuisq; bonis.
Pulchrius haud videas inter spectacula quidquam,
Quæ domino facit vrbs officiosa suo.
Quàm cum dicturus Pontanus soluerit ora,
Et regum attendit curia magna virum.
Ipse suos oculos Cæsar defigit in vnum,
Et Deus vnius pendet ab ore viri.
Sic Ithaci eloquium mirata est Græcia quondam,
Quod velut hybernas fudit ab ore niues.
Hæc Bernharde Patris debes preconia vera
Pontanis etiam commemorare tuis.
Vt patrias laudes primis mirentur ab annis,
Et virtute velint posse referre patrem.

Totius expectas conuetnus forsitan acta,
Sed mens ægra vetat scribere plura, vale.

THOMAE BLAVRERO.

Iram Pelidæ & Troiæ miserabile fatum
Cum lego, Dulichios errores dicis Homeri,
Vtile propositum cura esse videtur vtriq;,
Mæonij vatis diuina poemata nosse,
Quodq; sit in rebus fortunæ, quod rationis
Imperium, docto, spectare in carmine, sed me
Nescio quis terere Iliaden modò casus adegit,
Prætuleris Ithacum, quantò tu rectius, audi.
Pacis in hoc artes, meliorisq; optime Thoma
Officium cernes vitæ, experientia quantum
Conferat ad mores, ac rerum longior vsus,
Quam mores hominum multorum lustrat & vrbes,
Erratq; in pelago, vehiturq; procacibus Austris
Æquore, rex Ithacæ patiens quid debeat audis
Vir sapiens patriæ, cum hic fumum posse videre
De patrio tecto votis ardentibus optat.
Vina monent Veneremq; bonos contemnere sponsi
Penelopes, & quis Circeia pocula mentem
Eripiunt, formasq; nouis medicamina fingunt.
Moly suum vatis mihi crede, poema vocauit,
Quò vim virtutis speciemq; ostendit honesti.
Hanc Diræ nunquam, nunquam mala toxica læta

Dicis & immanes vinci ratione Tyrannos,
Cum falli Cyclopa vides, vimq; arte repelli,
Stultorum regum viva est Polyphemus imago.
Vanum etiam vulgus contemnere recta monentem
Accipis, AEolios vires cum stulta resoluit
Classis. Nulla suis vitæ pars, optime Thoma,
Exemplis caret. O, cui fata dedêre, beatum,
Mœonij vatis diuina poëmata nosse,
Perge modo, ac animum felici pasce labore.
Nostra Venusinos cum vellet Epistola versus
Exprimere, est propius Thoma imitata tuos.

CHILIANO.

Dum mea Grammaticæ conatur reddere lucem,
Detergitq; atrum sedula cura situm.
Dumq; hoc ingenium vestro desudat honori,
Et nostri vobis pars Chiliane meret.
Quæso mihi nitidam scribendo mittite Chartam,
Fida meas seruet quæ teneatq; notas.
Lipsica qualis erat calamo sat firma terenti,
Et qua non temere sepia nigra fluat.
Nam qua nunc vtor solita est confundere scripta,
Dignaq; erat tantum versibus illa tuis.

LONGICAMPIANO.

Aurea dent alij monumenta Epyreaq; vasa,
Saturnalitio Xenia grata Deo.

Nos

Nos calamos damus, exiguum tibi munus, habeto,
Has solas nobis esse putabis opes.
Sit modo conantis mens candida, saepe redire
Munere pro paruo gratia magna solet.

GRINAEO,

Est mihi, quae scite Graiorum pingere possit
Penna notas, digitis apta futura tuis.
Non Pharios vnquam calamos praeponere possis,
Huc ades, a nobis hoc tibi munus erit.

BETZIO.

Cum Demosthenis atq; Luciani
Vno Pete volumine atq; fasce
Iungis, seria vis iocis opinor
Vrbanis lepidisq; temperare.
Sed si ludere vis probe & iocari,
Ponenda est Cynica ista barba Pete.

APELLI.

prandebit Fuchsius meeum gratissimus hospes,
Hic animaeq; meae pars Ioachimus erit.
Addere conuiuam cupio te noster Apelle,
Delectant illos non nisi, crede, boni.
Ergo veni tecumq; iocos adferto, salesq;
Condimenta epulis illa futura meis.

VLIANO.

Scriptum Vliane tuo calamo mihi forte dedisti,
Exemplum causae nuper Olynthiacae.

A me de Greco fuerat quæ Rhetore versa,
Et veteris Lacij verbaq; iusq; capit.
Inde manus docti artificis procudit in vsum
Communem, nobis mille dedit q; libros.
Bina tibi ex illis Vliane volumina mitto,
Et cupio gratum munus id esse tibi.
Vnum pro Archetypo debeam scilicet hæc est,
Gratia pro merito reddita iusta tuo.
Alterum Hymelbergo dones, æquißimus ille
In scriptis censor talibus esse solet.

IONAE.

Nobis munera grata sunt Iona
Quæ nostro populo, mihiq; mittis,
Nam sunt pignora mentis hæc amicæ.
Optabat sibi Zopyros tot esse,
Duro cortice punicum quot intus
Malum grana tegit, Darius olim,
Et fido mihi gratiora amico,
Quæ sint munera nulla ferre possum.

ALIVD.

Non duraturas statuas & marmora quondam,
Cæsaribus dederat Martia Roma suis.
Sunt mihi grata magis statuis & marmore, amici
A Rectore sincere qualiacunq; dabunt.

Georgio Brenner.

Ligna mihi dulces succos sudantia mitte,
Certior est morbo nulla medela meo.
Piniciani etiam librum mihi mitte Georgi,
Qui varijs rebus nomina certa facit.
Omnia habent inter sese communia amici,
Vtor & officijs hinc ego sæpe tuis.
Et quanquam tua me vincat fortuna merendo,
Non tamen ingrato pectore dona fero.

DE APPELLATIONE Siloh Epigramma scriptum Anno 1556.

Magni consilij qui dicitur Angelus esse
Æterno natus de genitore λόγος.
Edidit Isacidæ læta hæc oracula voce,
Cum fuit exilij duxq́; comesq́; seni.
Non prius amittet sceptrum Iudæa propago,
Quàm veniet Siloh missus ab arce poli.
Perpetuæ reddet nobis qui gaudia vitæ,
Crimina cum proprio vestra cruore luet.
Cur tamen est dictus seruator nomine Siloh?
Quod de virgineo nomine fœtus erit.
Et fragili similis chorio, pelliq́; cruentæ,
In cruce cum tabe vulnera facta fluunt.
Talis at est factus pro nobis fascia Christus,
Quanquam iusticia fons sine labe manet.

Nos homines autem vere tam sordida massa,
Nos lacerum chorion, putre reumq; sumus.
Sed tu gnate Dei nostros etiam indue pelles,
Et vitam miseris insere fasciolis.
Nec tamen hanc reddis, nisi qui tua dogmata discunt,
Tantum hanc ad vitam vis Deus esse viam.
Ergo precor studia hæc tu semper dirige Christe,
Æterno Siloh vera propago Patris.

IN PARELIA LATE IN VTRAque Albis ripa conspecta, Anno 1551. die 21. Martij quæ fuit natalis ducis Mauricij.

Spargit vt in toto lucem Sol vnicus orbe,
Viuificoq; vnus cuncta calore fouet.
Vnicus æterni sic natus mente parentis
Accendit radijs pectora nostra suis.
Heu cur plura tamen Solis simulacra videntur,
Et vacuo mendax ludit imago polo?
Doctrinæ fingent aliqui ludibria forsan,
Adijcient alias dißidijsq; faces.
Sed tu gnate Dei longe mendacia pelle,
Concordes animos lux tua sola regat.

IN EFFIGIEM IO. FRIDERIci Ducis Saxoniæ Electoris tenentis manu flosculum violæ.

Hic me flos vitæ dextra quam gesto caduca,
De nostra monet, & debilitate docet.
Flosculus hic redolet nitidis pulcherrimus hortis.
Et tamen exiguo tempore durat odor:
Sic res humanas fragilis fortuna gubernat,
Tempore sic homines stantq; caduntq; breui.
Ille ego qui quondam felix mea regna tenebam,
Hic vbi Saxonicos irrigat Albis agros.
Cuius erat totum celeberrima fama per orbem,
Quod regerem populos cum pietate meos.
Quiq; ego pro patria pugnans & dogmata sacra
Defendens, clarum nomen vbiq; tuli.
Nunc me captiuum tenet alter, & optima nobis
Cum sit, non vllo causa tuente, perit.
Erepti fasces & inanis gloria Mundi,
Sed placuisse vni præfero posse Deo.
Et mea dependet nunc à te gloria Christe,
Quod pars sum regni quantulacunq; tui.
Teq; precor dubijs addas solatia rebus,
Et mihi deserto mite leuamen ades.

IN ANIMALIA PINGENTIA Monarchias Danielis 7.

Ἔνθα δὲ θῆρας ἰδὼν στυγερῶν σημεῖα τυράννων,
θαυμάζεις ἀρχῆς πήματα τοῖα πέλειν,
ἴσθι θεὸν δ' ἀνόμοις ὑποτάξαι γὰρ βασιλεῦσιν
ὅττι φέρει ὀργῆς αἴσιμα ἔργα βροτῶν.

ἔστι δὲ φθίνοντος κόσμου χετλιώτατον ἄχθος
ἡ μιαρῶν τέκνων αἰνὴ ἀτασθαλία.

EPITAPHIVM GIBERTI *Longolij Doctoris Medicæ artis, qui mortuus est die 30. Maij, Anno 1543. Coloniæ Agrippinæ.*

Hoc tegitur Saxo Giberti corpus inane,
Longoliæ gentis qui fuit alter honos.
Dicentem Ausonij viuo Cicerone probassent,
Tantus in eloquij flumine splendor erat.
Et quæ doctrinæ fontes tenet Attica lingua,
Sic ipsi tanquam patria nota fuit.
Naturæ varios didicit motusq́; vicesq́;
Et quæ fœta hominum munera terra parit.
Calluit & medicam dextreq́; exercuit artem,
Ægrotis solitus ferre frequenter opem.
Pestis Agrippina cum grassaretur in vrbe
Eripuit sæuæ corpora multa neci.
Id meritum grati ciues meminêre, feruntq́;
Ac artem laudant officiumq́; viri.
Dotibus his tantis castos adiungere mores,
Et studuit vera mente timere Deum.
Huic tamen extincto quidam, qui templa gubernant,
Iura sepulturæ sancta locumq́; negant.
Non aliquo talem meruit pro crimine pœnam,
Sed quod Vera Dei iussa professus erat.

Sola noui fuit iratis hæc causa furoris,
Non Euangelij lumina ferre queunt.
Huc igitur Bonnam corpus venerabile Rhenus
Detulit aduersis officiosus aquis.
Et funus magno gemitum cum duceret isthinc,
Dicitur à lachrymis intumuisse suis.
Sed mens cara Deo, quod spe votisq; petiuit,
Nunc fruitur vultu maxime Christe tuo.

IN ITINERE KInariensi precatio.

Σοὶ πάτερ οἶδα χάριν φάος ἠελίου ἀνάγοντι,
ἤματα τῶν νυκτῶν καὶ ἀμειβομένῳ
καὶ δέομαί σε λόγῳ ψυχὰς φωτιζέμεν ἡμῶν,
ἀεὶ ὃς ὢν θεοῦ κόλπῳ ἔλαμψε σέθεν,

IN LOCOS COMMVNES postremæ editionis.

Υἱὸν ἔπεμψε θεὸς ζωὴν αὐτοῦ διὰ φωνῆς,
πειθομένοις δοῦναι ἄφθιτον ἀκροάταις.
Τὸν δ' εἶναι μοῦνον δεῖ πᾶσι διδάσκαλον ἡμῖν,
Αὐτὸς καὶ παρέχει πνεῦμα μαθόντι καλόν.
Δεῖ δ' ἑρμηνεύτας τάξιν διδαχῆς ἀποδεῖξαι,
τοῖς ἐξήγησις πιστὴ ἐδ' ὅδε πίναξ.

IN EFFIGIEM IO. SCHONERI Mathematici Anno ætatis eius XLIX.

Astrorum motus, & fata regentia mundum,
Qui norunt, multos Francica terra tulit;
Hesperus atq; quanto quam cætera sydera fulget
Splendidior, vultus Sole legente suos:
Tantum præ reliquis caput extulit vnus & alter,
Secula vix maius prisca tulere decus,
Regius alter erat cui mons cognominis vsum,
Et natale solum primaq; tecta dedit.
Qui procul Ausonia decessit in vrbe Ioannes,
Artis ibi specimen cum daret ipse suæ.
Alter ab hoc venit Schonerus laudibus artis,
Non tamen inferior, quam fuit ille suæ.
Nostra quoq; his Ducibus peragrarunt lumina cœlum,
Barbarico fuerant quæ viciata luto.
Vtq; fere extinctam reuocauit vterq; Mathesin,
Sic tantum peperit laudis vterq; sibi.
Terra tibi quantum Bœotica fortis Orion,
Et Lybica Antæum debuit ore suo.
Hæc vero vultus Schoneri monstrat imago:
Ingenium libris exprimit ipse suis.

De officijs Sacerdotis.

Ἱερεὺς τὴν διδαχὴν εὐαγγελίοιο φυλάσσων,
Ἱλάσκῃ θυσίῃ τὰ σ' ἀρχαῖοι θεόν.

IN RHESVM EVRIpidis.

Absoluam Regis Mysorum tristia fata,
Qui fertur Musa de genetrice satus.
O vtinam Musis caros hoc tempore haberet,
Et Rhesi similes Mysia terra Duces.
Pannonias Rhesus pacauit vindice dextra,
Et socio præsens tunc tulit Hectora opem.
Nunc vtinam mittant Rhesum, nunc Hectora Diui,
Qui sæuos Turcas inde fugare queant.
Cum Sol à summo paulum deflexerit axe,
Primaq; cum cœlo labitur hora legam.

IN MORTEM ERASMI REINholdi Salueldensis, Mathematici & Professoris in Academia Vitebergensi, Anno M. D. LIII.

Σῶμα ἐεσσαμένη ψυχὴ ἔτι σὰ θεὸν Ἔρασμον:
τηλόθ' ἀθρεῦσα ὅμως ἀστερόεντα κύκλον:
Ἁρμονίην τε χορὸν ἄστρων, τεχνήν τε κρατόσε,
ὠφελίμους ζώων τῷ βίῳ ἢ δρόμους.
Τὸς σοφὸν εὐσεβέως κτίσην κόσμοιο ἐπέγνω,
ἠδὲ νόμους αὐτὸν θέντα δικαιοσύνης.
ἢ ἀτρεκέεσσι λόγοις ἅμα ἠδ' ἔργοισι δικαίοις,
Αἰεὶ ἐτέμησεν πάντα κρατοῦντα θεόν.

πίστει ἀκιβδήλῳ καὶ τοῦτ' ἐφρόνησ' ὅτι χριστὸν,
ἱλαστῆρα βροτοῖς υἱὸν ἔπεμψε θεός.
Δεξαμένη τε ἐπαγγελίας αὐτοῦ τῷ ἀληθῶς,
τῷ πατρὶ τοῦ χριστοῦ ὄντι λατρεῦσε θεῷ.
Νῦν οὖν ἡ δ' ἀγαθὴ ψυχὴ τὴν σάρκα λιποῦσα,
Ἐν λαμπροῖς ποταμένη δώμασιν οὐρανίοις.
Ισορεῦσα θεὸν σοφίας ἀκτοῦ ἀπολαύει,
καὶ ὕμνει αὐτὸν πολλὰ διδασκομένη.
Ὡς δ' ὁ γέρων Ἀτλας σιβαρῷ πότε ὠρίωνι,
τιε ἀρισταῖος τοῖς κέω ξυνεταῖς.
τέρματα δ' ἐξεμέτους θεία ταχθέντα προνοίᾳ,
σημασίας ἄστρων παρέχε διδασκαλίαν.
Οὕτως εὐποιῶν σαξώνικον ἔθνος ἔρασμος,
τὴν περὶ τῶν ἄστρων παρέχε διδασκαλίαν.
Μωροκακοῖς καὶ ἂν ἐστὶ γελὼς τὸ γὰρ κενταυροῖσιν,
Ἀλλὰ πόνημ' ἀρετὸν τῷ σοφῷ ἐστὶ θεῷ.

Ex Homeri 19. Ὀδυσ.

τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγησι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.
Talis mens hominum est, qualis fortuna dierum,
Quàm varijs vicibus diuina potentia mutat.

Nazianzeni versus.
περὶ στοργῶν,

φίλτρα μὲν συνέδησε φύσις τοκέας γόνυσε,

Hunc ita Philip. mutabat.

φίλτρῳ μὲν συνέδησε θεὸς τοκέας ε γόνους ε.

Ex Plutarch. περὶ δυσωπίας.

ἡδὺ μὲν εἴ τι φέρῃς, ὀλίγον δ' ἄχος ἤν δ' ἀποείπῃς.

Gratum est si dederis, nec succenseo neganti.

Ex Theocrito duo versus paulùm immutati εἰς Σωτῆρα.

Αἴδιον καλέω θεοῦ υἱὸν πάντα κρατοῦντα,
Ανθρώπων σωτῆρ' ἐπὶ ξυροῦ ἤδη ἐόντων.

STIGEL.

Nulla sit in versu cura laborq; meo.

PHILIP.

Multa sit in versu cura laborq; meo.

IN MATHEMATICAM constructionem Ptolemaei editam ab Erasmo Rheinholdo.

οὐχὶ ἄπερ βουλῆς τοφλῆ τύχη αἰθέρος αὐγή,
καὶ τάξις κόσμου ἥδε πέφυκε καλή:
δαιδαλέη δὲ σοφὸν γνωρίζει τέκτονα τέχνη,
δείκνυσι καὶ κτίσιν τὸν προνοοῦντα θεόν.
ἀθρεῦσ' οὖν ἐκέλευσε μὲν οὐρανῷ ἀστέρος ἔντι
φωστήρων ὁ θεὸς λαμπάδας ᾗ δρόμους.

καὶ γνῶναι πλάσαντα τὰ αὐτοῦ ἔργα ἰδόντας,
καὶ αὐτὸν τιμᾶν εὐσεβέεσι φρεσίν.
ὅς γὰρ ἀνθρώπων ὡς σκηνὴν οἰκοδομήσας
βάθρον ὑπὲρ γαίας τὸν κύκλον οὐράνιον.
τέρματα ἐνδ᾽ ὡρῶν ἔτεός τ᾽ ἀκίνητα χάραξε,
καὶ θάλπει γαῖαν φέγγει ζωογόνῳ.
ἔνθα καὶ ἀντέλλων ἀκρονύκτιος, ἄγγελός ἐστιν
αὐτίκα ἐρχομένου ἦρος ὁ ἀρκτοφύλαξ.
τὸν χειμῶνα δ᾽ ἄγει σιβαροῦ δύσις ὠρίωνος.
ἑλλάδι ὅς σοφίαν τήνδε ἔδειξε πάλαι.
ἥδε διδασκαλίη σπουδῆς οὐκ ἀξία ἐστί;
καὶ καλῆς ἀρετῆς ὠφέλιμος μελέτη.

PHIL. MEL.

*EPITAPHIVM SCRIPTVM IL*lustriss. Principi & D. Domino Georg. Prin. Anhaldino, Comiti Ascan. &c. Præposito Magdeburgensi & Misnensi, pie placideq; vita defuncto X VI. Cal. IXbris. An. Ch. M.D.LIII. cum vixisset An. XLVI. M. II. D. IIII. H. XIIII.

Principis Ascaniæ nati de stirpe Georgij,
Quem cernis tumulus proximus ossa tegit.
Huic fuit Ernestus genitor qui pacis amore
Promeruit patriæ totius esse pater.
Matris erat castæ Monsterbergensis origo,
Sincera coluit quæ pietate Deum.

Ascaniæ

Ascaniæ gentis virtus est clara triumphis,
Ordine quos numerant secula longa patrum:
Sed fuit huic fontes doctrinæ discere cura,
Quam nobis gnatus tradidit ipse Dei.
Hoc ad maiorum decus addidit inclyta facta,
Præbuit & patriæ commoda magna suæ.
Esdras seu quondam populo ius dixit, & idem
Interpres Solyma legis in vrbe fuit.
Principis hic munus simul & Pastoris obiuit,
Ipsius mentem rexit & ora Deus.
Iustificaq; fide capiens tua munera Christe,
Solius est cuius parta cruore salus.
Vera luce Deum agnouit precibusq; vocauit,
Numinibus fictis mens inimica fuit.
Nec virtutum vmbras habuit, sed pectora rexit
Ipse Dei viuens aßimilata λόγ☉.
Vrbibus in multis flauus quas alluit Albis,
Et quas cœrulei præterit vnda Salæ.
Agmina collegit Christum celebrantia, spargens
Pura Euangelij semina voce sua.
Fidus & ætati venienti testis vt esset,
De Christo patriæ publica scripta dedit.
Hic frater lacrymans Ioachimus condidit ossa,
Viuit conspectu mens fruiturq; Dei.
O Deus Ascaniam stirpem serues q; regasq;,
Nulla venit nobis te nisi dante salus.

Clariß. Viro Georgio Cracouio L.L. Doctor missa ad Christum εὐχή in reditu ex colloquio VVormatiensi, 1557.

Aeterni viua effigies splendorq; parentis,
Custodem nobis quem pater esse dedit.
Quiq; tibi semper victurum colligis agmen,
Ex hac quam finxit mole paterna manus.
Nos rege qui cupimus veros tibi reddere honores,
Adflatuq; moue pectora nostra tuo.
Et nostras defende domos turbamq; tenellam,
A te quae solo poscere nouit opem.
Haec repetes toties rediens iam vota Georgi,
Cum gnatum Coniunx obuia prima feret.
Coniugis in labris quoties dulcißima figis
Basia purpureis filioliq; genis.
Istius ipse Deus transfudit semina amoris,
Non temere in sensus castaq; corda Patrum.
Ergo preces etiam probat inter suauia mixta,
Coniugibusq; pijs has iubet esse ratas.

GEORGIO FABRICIO.

1553.

Νῦν ὅτ' ἐπ' αἰγοκέρω σέλας ἠελίοιο ὀχεῖται,
καὶ μοίρας ἔταμεν τὰς δύω ἠματίας.
κ' δὲ βάθος νιφετῶν γαῖαν καὶ δένδρα καλύπτει.
Βόρρα καὶ βλάπτει ἤματα τὰς ἀγελάς.
Σώματι τῆς μυσῶν διὰ χώρας νόσφ' ἀλῶμαι
ἐκ στυγεροῦ πολέμου τήνδε δύην ἔχομεν.
θαλπωρή τις ἔσαι ἰσορέειν σε πάροντι,
ὡς γλυκὺ εἰς ἐμοῦ ὄμματα ἀνδρὸς ἰδεῖν.

τήλεφον ὡς μυσὸς τὸν πτῶχον ἐδέξατο πύθεσθαι
δέξαι τῶν μυσῶν φίλτατε καὶ συαφίλον,

Edictum nomine Rectoris Academiæ propositum Scholasticis, vt munuscula sua ad aram offerant.

Mens æterna Deus, verax, bona, libera, iusta,
Casta, volens similes nos etiam esse tibi.
Vindicibus flammis tibi quæ contraria deles,
Iustitiæ nam tu Regula sola manes.
Corpora quæ mundi verbo distincta creasti,
Exemplar quod vis ordinis esse boni.
Quodq; tua effigies est & de lumine lumen,
Quod tribuit nobis notitiamq; tui.
Et fragili indutum pro nobis victima carne,
Iustitiæ soluit debita λύτρα *tuæ.*
Perpetuam & vitam fracta ceruice Draconis,
Restituit nobis agnitione sui.
Quodq; tui spargit flammas in pectora flatus,
Pura Euangelij voce sonante tui.
Talia vt in nobis sint casti incendia cordis,
Optimus est qualis spiritus ipse Dei.
Te precor omnipotens mundiq; hominumq; creator,
Voce tua nobis & patefacte Deus.
Quamuis iusta, tamen nobis tua parcat, vt ira,
Quam gnati placant vota cruorq; tui.

Perq; ipsum semper nos inter collige coetum,
In quo sit veri gloria nota Dei.
Hic sol iusticiae, nos vt tua simus imago
Nostra sibi adsimilet pectora luce sua.
Nosq; tuo flatu moueatq; regatq; petentes,
Vrat hic vt mentes ignis amore Dei.
Haec omnes mecum faciant ardentia vota,
Seq; petant inter cuncta pericla regi.
Gratia sed quoniam debetur iusta docenti,
Qui recte monstrat munera summa Dei,
Ergo Pastores vt sit reuerentia nota,
Prosit & exemplo nos monuisse rudes.
Quisq; manu casta castas adportet ad aras,
Vt decet officio debita signa pij.

Anno 1554. In Pentecoste, quae fuit ab exitu Israëlitarum ex AEgypto Pentecoste 3063.

IN PICTVRAM VVITEberga.

Parua domus viduae vatem quae pauit Eliam,
Vix bene Sidonio littore nota fuit.
Inde tamen late diuini semina verbi,
Auspice per populos sparsa fuere Deo:
Sic patriam Senones vbi sedem habuere vetusti,
Quae nunc Saxonico subdita terra duci est.
Vrbs non magna quidē gelida VVitteberga sub Arcto,
Adiacet ad ripas Albi vadose tuas.

Hinc tamen extremi sub turbida tempora Mundi,
Lux Euangelij sustulit orta iubar.
Claraq; diuino radios augente fauore,
Per multas passim lucet in orbe plagas.
Da Deus vlterius successum & suffice vires,
Et tua contra omnes assere dona minas.
Atq; Euangelij plures vt voce vocati,
Syncera facias te pietate colant.
Et velut hospitium seruasti vatis ELIAE,
Doctrina quod tunc arx fuit vna tuæ.
Sic etiam vt celebrent secla hic venientia Christum,
Albidos in ripis templa, scholamq; rege.

DE COMETA QVI FVIT *conspectus, Anno 1556.*

Ostendet terris & in aëre multa sereno
Irrita nequaquam signa futura, Deus.
Signaq; naturæque non imitantia leges
Portendunt subitum non procul esse malum.
Vidimus hoc anno rapidum flagrare Cometen,
Sulcantem dubias multa per astra vias.
Quodq; fuit mirum vicino sole Cometæ
Cum soleant primas arripuiße faces:
Non prius accensos hic cepit spargere crines,
Astrorum quam dux'e regio'e stetit.
AEquabat motu Phœbus noctemq; diemq;
Vdaq; purpurei tempora Veris erant:

Halitus è molli ſublatus ad æthera terra,
Cum rutile ſpecimen cœpit habere comæ.
Primum, qua cœli προτζυγήτης parte refulget,
Semina flammarum conſpicienda dedit.
Altius Arcturi mox ad faſtigia pergit,
Sub rapido nullas dum facit axe moras.
Deniq; ſicca ſuper Cynoſuræ ſidera vectus,
Occupat Arctoæ ſigna ſuprema plagæ.
Inde gradum retro facit, & quæ noſter Horizon
Aſtra capit curſu proximiore legit.
Ac ſimul Auroram petit, Eoumq; cubile,
Phœbus anhelantes vnde reducit equos.
Hic ſubit Iaſiden, & qua te trans vada ponti
Aërium Perſeu carpere fecit iter.
Candida corrigeri Phœbus iam lumina Tauri,
Nec modo Phryxeæ vellus habebat ouis;
Protinus illius veſtigia trita Cometes
Arripit, & Soli ſidera iuncta tenet.
Hoc iter errantis multi vidêre Cometæ,
Qui fera Teutonicis damna minatur agris.
Sunt anni decies octo, quo tempore vixit
Dux qui Burgundas Carolus auxit opes:
Tunc in ſuprema ſimilis regione Cometes
Aëris, horrifico miſcuit igne comam.
Is motu ſimili ſeſe per inane volutans,
Permenſus cœli climata multa fuit.
Aſtrææ primum tenuit confinia Libræ,
Arctoi petijt culmina deinde poli.

Sed remeans illinc, medium qua circulus orbem
Diuidit, astrigeram lumine texit ouem.
Nulla ætas vidit flagrantem impune Cometen,
Non leue venturum nunciat ille malum.
Tunc quoq; crebra tulit summis incommoda regnis,
Ciuiles motus, publica damna tulit.
Quippe secuturas strages, tristesq; ruinas,
Atq; tuæ retulit Carole signa necis.
Proxima vix ea post incendia venerat æstas,
Carolus Heluetico cæsus ab hoste cadit.
Tu quoq; Tisiphone mundi, tu dirus alastor,
Pestis & immensi fax Mahomete mali,
Paulo post fugiens cecidisti Hydrunte relicta:
Tandem blasphemos opprimit ira Dei.
Nunc quoq; blasphemos tangent Turcosq; Papamq;
Adproperans Nemesis, iudiciumq; Dei.
Dogmata turbabit, paßim sterilescere campos,
Coget, & adducet tempora dura famis.
Sed quæramus opem diuinitus, atq; precemur
Æterno gnatum de genitore λόγον.
Filius æterni λόγος, effigiesq; parentis,
Aßiduus custos agminis ipse sui,
Defendet sanctos inter mala plurima mundi,
Qui mitem toto corde precantur opem.
Cura sit interea vitam coluisse modestam
Omnibus & verbi discere iura sacri.

DE ECLIPSI, QVAE FVIT die XII. Aprilis, Anno M. D. XLIX.

Non fertur dubio natura sine ordine casu,
　Voluitur ambiguis vt Dea cæca rotis.
Sed Deus hanc sapiens certis moderatur habenis,
　Turpia qui punit vindice facta manu.
Præmonet & scelerum pœnas instare timendas,
　Ostendens iræ nuncia multa suæ.
Talia non vllo sunt irrita tempore signa,
　Hæc licet irridens impia turba neget.
Dum tegit obscura Phœbum caligine Luna,
　Duraq; dum tetro saxa cruore madent,
Dulichij iuuenes mutantia sidera vident,
　Penelopes castum qui petiere thorum.
Vltio sed risum Sardeum iusta sequuta est,
　Qualis contemti Numinis esse solet.
Sic tandem meritas persoluent tempore pœnas,
　Qui spernent Triuiæ signa futura nigræ.
Cynthia cras etenim piceis obducta tenebris
　Amittet radij lumina clara sui.
Mane vbi iam noni continget limina tecti,
　Quo pandit chelas Scorpius ipse suas.
Et cum nona domus sit Relligionis, & ingens
　Hauriat à Luna deficiente malum:
Hei noua doctrinæ metuo certamina Christi,
　Quæ feret ingenijs impia turba suis.

Inficiens

Inficiens animos cauda vibrante feroces,
Dißidijs addet Scorpius arma nouis.
Sed licet astra regant homines, & bella minentur,
Ipse tamen summa Christus in arce sedet.
Hic non est rigido Parcarum carcere clausus,
Sed lenire potest fata seuera suis.
Ergo grauem castis flectamus moribus iram,
Orantes summum supplice voce Patrem.
Mitiget vt miseris haec tanta pericula nobis,
Et seruet coetus languida membra sui.

Epitaphium filioli VVolffgangi Diffsteteri quondam Praefecti arcis VVitebergensis.

Ad te cum iubeas infantes Christe venire,
Talibus & tribuas dulcia regna poli:
Excipias VVolffgangi animam salueq; tenellam,
Ex Diffstetero qui patre natus erat.
Reddere te vitam cum norint Christe parentes,
Commendant sese, filiolumq; tibi.

PHILIPPO MELANTHONI sacrarum literarum solertiss. & fideliss. explicatori, veritatis coelestis Patrono in primis strenuo, opt. disciplinarum & artium cum instauratori, tum conseruatori: Qui omnem doctrinam quasi vagam & dissipatam collegit, & ... certa ...

rationem reuocauit. Viro pietate, studio puræ religionis, sapientia, virtute, humanitate, benignitate erga omnes præstanti feliciter & sanctè mortuo 13. CL. Maij, cum vixisset Annos 63. M. 2. D. 2. H. 1. in Academia Vitebr. cui ille totis Annis 42. operam nauasset,

H. M. P. C.

Vitam fortunasq; suas studiumq; laboris,
Quiq; operæ sanctam, consilijq; fidem
Impendit diuina tuis Ecclesia rebus,
Teq; pius varia iuuit & auxit ope;
Hac in parte sibi post mortem structa Melanthon,
Communi in luctu, busta Philippus habet.
Quæ templi foribus magni vicina Lutheri,
E regione solum, quod tegit ossa, videt.
Bretta hunc vitales natum produxit in oras,
Bretta Palatini limes amœnus agri.
Vnde propinqua petens adijt, bonitate suorum,
Diuerso Aonidum templa sacrata loco.
Ludus eum puerum accepit Phorcenidos vrbis,
Eytelbergiaci mox schola gymnasij.
Doctrinæ hinc fecit iuuenem alma Tubinga magistrum,
Eximium laudis gessit vbi ille decus.
Inde triumphator Monachorum Capnio iussit
Albidos hunc ripam visere Saxonici.
Tunc no[illegible] [illegible]idericus vbi collegia Musis
[illegible]undans Ensifer Imperij.

Vndiq; conductis præstanti laude parabat,
    Artis & ingenij reddere clara viris.
Hic socio ipso annis viginti octoq; LVTHERI,
    VVittembergiacæ res fuit ampla Scholæ,
Quam septem bis adhuc prouexit deinde gubernans,
    Fluctiuagam vt vastum per mare nauta ratē,
Heu tempestates quas hic perpessus, & ad quam,
    Sæuos hæc scopulos acta carina fuit.
Quantum externi odij, quantum inuidiæq; suorum,
    Ingratorum hominum quæ maledicta tulit?
Ipse tamen quamuis reflantibus vndiq; ventis,
    Directum est, retinens vera, secutus iter.
Fortia nec clamor latrantis pectora turbæ,
    Nec vulgus strepitu mouit inane suo.
Summa petit liuor, Nemo hunc superare nisi ipse
    Posset, si studijs ocia suppeterent.
Ista sub obliquo norunt quoq; Sole locati,
    Quiq; sub opposito forsitan axe iacent.
Scripta sed illius memorabilia inter, & acta
    Plurima, quæ solida nomina laudis habent:
Vnum opus eximium est, fidei confessio sancta,
    Ante tuos Cæsar Carole lecta pedes.
Languida qua Christi iamdudum Ecclesia nitens
    Rursum audet vultus tollere læta suos.
Concurrant inimici omnes licet vndiq; hic vnus
    Confutare potest improba dicta liber.
Ac tua nunc terris floret bona fama Philippe,
    Viuit & æternum Spiritus ante Deum.

Corpus

Corpus at exanimum tumulo hoc requiescit humatũ,
Condecorant gratæ quem monumẽta scholæ.
Ille quod expletus senio, curisq; gravatum,
Sexaginta annis vixit atq; tribus:
Sic morbo ut paucis nisi debilitante diebus,
Muneris officium fecerit omne sui.
Atq; olim æthereas veniet revocatus in auras,
Integer & mortis liber ab inde metu.
Sancte vir & salve pater optime, te tua semper
Nos soboles merita relligione colet.
Doctrinæ nobis veræ tu doctor & autor,
Hæc tua clara ætas munera lucis habet.
Salve iterum atq; iterum tua nos immota manebit,
Semper apud memores gloria, nomen, honos.

Ioachimus Camerarius.

FINIS.